











BEITRÄGE

ZUR

LATEINISCHEN SPRACH-

UND

LITERATURKUNDE

VON

Dr. WILHELM SCHMITZ,

DIRECTOR DES KAISER WILHELM-GYMNASIUMS ZU KÖLN.

MIT 2 LITHOGRAPHIRTEN TAFELN.






LEIPZIG,

DRUCK UND VERLAG VON B. G. TEUBNER.

1877.



DEM

THEUEREN, UNVERGESSLICHEN ANDENKEN

FRIEDRICH RITSCHL'S

GEWIDMET



Die vorliegende Sammlung verdankt ihr Entstehen einer Anregung von Seiten Friedrich Ritschl's. Er schrieb mir am 15. März 1873:

'..... Mir ist dieser Tage der Gedanke gekommen, dass Sie doch sehr gut thäten, wenn Sie Ihre bisher gedruckten Beiträge zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde sammelten, entsprechend redigirten, so ungefähr wie ich es mit den Plautinischen Excursen im II. Bande der 'opuscula' gemacht habe, sie mit irgend welchen neuen Zuthaten vermehrten, wozu Ihnen ja ohne Zweifel mancherlei Stoff in promptu ist, und das Ganze als ein nützliches Buch erscheinen liessen. Diese Sachen sind jetzt so zerstreut in Zeitschriften und Programmen, dass die Auffindung dessen, was man sucht, oft recht schwierig ist, selbst für Leute wie ich, die sie doch wenigstens kennen; aber wie viele wissen doch kaum davon! Sie thäten damit, wie ich glaube, unseren Studien einen recht namhaften Gefallen. Würdigen Sie doch diesen Vorschlag einmal recht ernstlichen Nachdenkens .....'.

Wiederholte, in derselben Richtung sich bewegende Aufforderungen, die, zum Theil schon früher, von anderen Seiten an mich ergangen waren, haben einen bestimmenden Einfluss auf mich auszuüben nicht vermocht; aber dem von Ritschl ausgesprochenen Wunsche gegenüber habe ich mich nicht ablehnend verhalten wollen, zumal da eine Vereinigung und Herausgabe des vielfach zerstreuten Materials mir zugleich eine erwünschte Gelegenheit darzubieten schien, in der Form einer, wenn

auch bescheidenen, wissenschaftlichen Gabe dem verehrten Meister und Freunde einen Theil dessen in dankbarster Gesinnung zurückzureichen, was doch im Grunde nur seiner belebenden Anregung und sicheren Führung verdankt wurde. Wenn nun äussere Umstände die Veröffentlichung der Sammlung erst jetzt ermöglicht haben, so ist mir diese Verzögerung lediglich aus dem Grunde schmerzlich, weil nach dem unersetzlichen Verluste, den wir durch das inzwischen erfolgte Hinscheiden Ritschl's erlitten haben, mir nunmehr leider die Gelegenheit entzogen ist, die 'Beiträge' ihrem Begründer und Förderer auch noch persönlich zu übergeben. So mögen sie denn jetzt seinem theueren und unvergesslichen Andenken geweiht sein! Dass sie desselben wenigstens nicht ganz unwürdig sein werden, darf ich hoffen sowohl im Hinblick auf Ritschl's eigenes Urtheil als auch darum, weil ich nach Kräften bemüht gewesen bin, die Sammlung in der von ihm selbst angedeuteten Weise zu gestalten. Demgemäss habe ich nicht scharf kategorisirend und bloss formell 'Grammatisches', 'Epigraphisches' und Anderes scheiden wollen, sondern dasjenige, was seiner Natur nach innerlich verwandt und zusammengehörig ist, auch verbunden, absehend von den zufälligen Rubriken des ersten Erscheinens und unbekümmert darum, ob etwas mehr aus epigraphischer Quelle geschöpft sei oder etwa an eine Autorenstelle anknüpfe. Hiernach gliedert sich der gesammte Stoff in vier Gruppen: Die erste, Nr. I—XXXVII, enthält Bemerkungen zum lateinischen Vocalismus und Consonantismus, insbesondere Beiträge zur lateinischen Orthoëpie und Orthographie; die zweite, XXXVIII—XLVI, bietet Handschriftliches und Kritisch-Exegetisches zu lateinischen Autoren; die dritte, XLVII—LVI, umfasst die Tironiana; die vierte endlich, LVII, bringt die auch in sprachlicher Hinsicht beachtenswerthen kalendarischen Tractate über die sogenannten 'Dies Aegyptiaci', woran sich dann, unter LVIII, noch ein kleiner literarhistorischer Anhang über Justus Lipsius anschliesst. Wo es angemessen

erschien, ist durch gewählte Citate und anderweitige kürzere oder längere Nachträge auf den gegenwärtigen Stand einzelner Fragen hingewiesen worden. Alle diese Zusätze sowie die anderen neuen Zuthaten sind in eckige Klammern eingeschlossen. Noch erwähne ich, dass ich stillschweigend nicht bloss einzelne kleinere Verstösse des ursprünglichen Textes beseitigt, sondern auch eine gewisse Gleichmässigkeit in äusserlichen Dingen der Textgestaltung wenigstens angestrebt habe.

Köln, 24. Juni 1877.

Inhalt.

I.

Quaestiones orthoepicae Latinae.

PART. I.*

Ὀρθοέπειαν Latinam in multis hodie valde ambiguam esse, confessa res est. Sed falluntur tralaticio quodam errore qui persuasum habeant, tantum non ubique desperandum esse de removendis eis dubitationibus, quae quotiens positio syllabae cuilibet insit, de naturali vocalis prosodia oriantur. Tum certe, quoniam in litteratura Latina longae vocales eisdem signis solent repraesentari ac breves, ne e poetis quidem perspici potest, utrum vocalis quaedam et natura et positione an sola positione producta sit. Sed aliud auxilium in promptu est, quo permultae huius modi dubitationes tolli queant: dico illud quod conspicitur in vocabulorum Latinorum Graecis litteris scriptorum orthographia. Quae quod ad constituendas pronuntiandi regulas fere omni ex parte hucusque neglecta est, non potest non mirum accidere. Saepissime enim tum planiore apud Graecos vocalium longarum aut brevium significatione tum multiplici vocabulorum Latinorum Graece scriptorum varietate in perscrutanda vocalium naturali prosodia ad certum quendam finem perveniri potest.**

---

* [Dissertatio inauguralis publice defensa Bonnae die XVIII mensis Martii a. CIƆIƆCCCLIII.]

** [Ante has Quaestiones orthoepicas in eadem re versatum est *Antiquitatum Romanarum Graece explicatarum specimen* exhibitum ab Augusto Wannowskio in programmate gymnasii Mariani Posnaniensis a. 1843, eiusdemque Wannowskii liber qui inscriptus est *Antiquitates Romanae e Graecis fontibus explicatae* editus Regimontii a. 1846; post meam opellam rem orthoepicam tractavit Guil. Corssenus in

Quare cum de pronuntiatione Latina scribere Ritschelio clarissimo auctore et suasore equidem animum induxissem, e Graecis potissimum testimoniis, id est ex Inscriptionibus, e Polybio, Dionysio Halicarnassensi, Strabone, Flavio Iosepho, Diodoro, Plutarcho, Appiano, Ptolemaeo, Athenaeo, Dione Cassio, Lydo, Suida, Stephano Byzantio al. documenta desumere volui ad inlustrandum *E, O, I, V*, vocalium ingenitam naturam, ubi pro Latinarum scripturarum condicione lateat positione.

Nec tamen putavi ad meam harum rerum tractationem non pertinere aliunde petita argumenta, quibus ratiocinationes meas confirmarem. Qualia quidem exstant non tam in titulis Latinis quam in Grammaticorum testimoniis, quae multum abest ut pro suo quodque momento perpensa sint.

Quoniam vero quaecunque ad prosodiam quattuor illarum vocalium accuratius definiendam illinc hausta chartisque iam notata habeo, nunc proferre integra et spatium huius commentationis et temporis angustiae vetant: hac disserendi opportunitate data mihi propositum est quaestionum orthoepicarum pertractare particulam. Quae versatur in eo, ut inquiratur in prosodiam naturalem *E* et *O* vocalium *NS* et *NT* consonantes antecedentium. Neque vero mihi temperavi quin quasi corollarii loco indicem adicerem vocabulorum, in quibus eaedem illae vocales duabus tribusve aliis consonantibus exci-

---

duobus potissimum operibus inscriptis *Ueber Aussprache, Vokalismus und Betonung der Lateinischen Sprache*, ed. sec. Lips. 1868. 1870, et *Beitraege zur Italischen Sprachkunde*, ed. ibid. 1876; at in hoc recentissimo mirum sane in modum neque prolatis ubique idoneis argumentis permulta prorsus negavit, quae antea mihi assentiens ipse probaverat. Vide Ritschelii huc spectans iudicium Mus. Rhen. XXXI (1876) p. 490 et Buecheleri censuram istius libri in Klettei Diurn. Ienens. a. 1876 p. 569 sqq. Accuratissime vero in Romana nomina Graece scripta inquisivit Dittenbergerus Hermae vol. VI (1872) p. 129 et pag. 280 sqq. Nec vero non commemorandus est hoc loco Hugonis Schuchardtii liber inscriptus *der Vokalismus des Vulgärlateins*, ed. Lips. 1866—68. Praeterea Fridericus Schoellius optime meruit de re orthoepica Latina diligentissime collectis accuratissimeque perpensis *veterum grammaticorum de accentu linguae Latinae testimoniis*, quae leguntur Actorum societatis philologae Lipsiensis a Ritschelio editorum tom. VI p. 71—215.]

piuntur: ut item Graecae demum scripturae omnem de prosodia qualis per se fuerit scrupulum eximere queant. [Quem quidem indicem et praecedentium capitum tetradem vix est quod moneam me hodie, si res integra esset, longe aliter confecturum esse.]

Cap. I.

Quod ex praestantissimo illo Ciceronis* testimonio de *CON* et *IN* syllabarum ante *F* et *S* pronuntiatione perspicuum est: certas quasdam consonantium iuncturas posse hanc habere vim, ut antecedentem vocalem producant, idem saepissime valet in *NS* consonantes, quae copulatae *E* vocalem sequantur. Talis autem proprietas num qua interna caussa e consonantium illarum natura repetita suum habeat explicatum: id mitto nunc circumspicere, satis habens sicut Cicero fecit in re illa consimili ad sermonis quoddam institutum provocare [cf. G. Curtii *Stud.* II, 168 et Ioh. Schmidtii libr. *zur gesch. des indog. Vocalism.* I p. 101].

Rem vero tripartita disputatione animus est ita pertractare, primum ut disseratur de adiectivis per *ENSIS* syllabas terminatis, tum de participiis in *ENS* syllabam cadentibus, denique de reliquis vocabulis quorum vel terminationi vel syllabae cuilibet primitivae eaedem *ENS* litterae insunt.

§. 1.

ENSIS terminationis apud Plutarchum Romul. c. 20 tria exstant egregia exempla haec:

Ῥαμνήνσης, Τατιήνσης, Λουκερήνσης. Quibus accedunt e Lyd. de mensib. fragment. Caseolin. p. 118. ed. Bonnens.:

Βελινήνσιος = Velinensis,

---

* Orat. 48. §. 159: *Quid vero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto? 'indoctus' dicimus brevi prima littera, 'insanus' producta, 'inhumanus' brevi, 'infelix' longa; et, ne multis, quibus in verbis eae primae litterae sunt, quae in 'sapiente' atque 'felice' producte dicitur 'in'; in ceteris omnibus breviter. Itemque 'conposuit consuevit concrepuit confecit'.* Cf. Gell. II, 17. Maxim. Victorin., p. 1954 [204 K]. Diomed. p. 428 [433 K]. Serg. p. 1855 P.

e Ducangii glossario Graeco καστρήνσιος indidemque sua probandi vi non carens καστρίνσιος. His non dubitarem adnumerare Λαρήνσιος vocabulum quod est apud Athenaeum I, 1: modo aliunde mihi constaret de *LARENSIS* nomine proprio. Similitudo certe καστρήνσιος Βελινήνσιος vocabulorum, quippe quibus subsit *ENSIS* terminatio, flagitat illam quam nondum repperi nominis formam.* Sed quid moror? mea enim sententia illorum quae haud dubie huc spectant exemplorum vel unumquodque appositum est ad testimonium exhibendum in toto genere suo universum. Ergo ab his profectus eandem *E* vocalem productam iure meo optimo videbor omnibus adiectivis attribuere, quae per eandem *ENSIS* terminationem exeunt, velut *levidensis*, *Atheniensis*, *Carthaginiensis* cet.

Quod si conceditur, et concedendum sane erit, quot vocabulorum recta pronuntiatio inventa sit apparet.

§. 2.

Alter locus exspectat quaestionem, quem ad modum de participiorum per *ENS* terminatorum ὀρθοεπείᾳ iudicandum sit. In qua re inlustranda ordiendum est a duobus illis exemplis Plutarcheis, πότηνς Num. c. 9 et σαπίηνς Tib. Gracch. c. 8: quorum hoc cum a codicum auctoritate omne patrocinium habeat, Schaeferus viderit quo iure in σάπιενς mutaverit. Horum autem exemplorum latissime patentem vim per sane mirum est nec a Schneidero Gramm. I p. 112 nec a Zumptio Schneiderum auctorem sequente Gramm. §. 30 perspectam esse. Quantum enim video duo illa exempla non singulari quadam proprietate insignita sunt, unde η vocalis necessario exstiterit. Ergo crederes neminem fugere potuisse, quin ita ea comparata essent, ut de consimilibus omnibus testimonium perhiberent. Vides, de omnium participiorum producenda *ENS* terminatione nunc anceps iudicium esse non posse pro universali exemplorum illorum demonstrandi vi.

Vix autem est quod moneam, eandem hanc pronuntiatio-

* Prorsus non video quo iure Casaubonus Λαρήνσιος interpretatus sit per *Laurentius:* quod sine dubio ab Athenaeo scriptum esset Λαυρέντιος, cf. Plut. Romul. 23 [τῶν Λαυρεντίων].

nem etiam omnibus eis vocabulis vindicandam esse, quae abiecta participiorum significatione sive adiectivorum sive substantivorum indolem induerunt, velut *confluens*, *oriens*, *occidens*, *prudens*, *rudens*, *serpens*, *torrens* cet. Nempe in significationis quasi quadam metamorphosi nunquam credam caussam sitam esse posse, cur horum similiumque omnium vocabulorum pronuntiatio mutata sit.

§. 3.

Nec magis ab eorum substantivorum adiectivorumque producenda terminatione abstinendum erit, quibus nulla cum participiis analogia intercedit, nisi quod ad horum externam speciem *ENS* litteris exeunt, modo in hoc sit omnino similitudo quaedam posita inter participia et alia nomina qualia sunt *dens*, *gens*, *frequens*, *nefrens*, *triens* al.

His autem ut credamus longam *E* vocalem natura inhaesisse, plura persuadent documenta.

Atque ad substantivorum numerum quod attinet, vix dolendum est, quod in Graecae linguae monumentis nulla exstant exempla unde huc fructus possint redundare: quando pronuntationis scrupuli maximam partem evelluntur Bedae verbis quae leguntur apud Putschium pag. 2352 haec:

Sunt item syllabae, quae utroque modo, et natura videlicet et positione longae sunt, ut dens, gens, mens, fons, frons. His autem nixus non vererer, ut vel propter solam analogiam eandem naturalem productionem reliquis duobus huius terminationis substantivis monosyllabis, dico *lens* — *lendis* et *lens* — *lentis* praepropere accensere viderer: praesertim cum in verbo *lens* — *lentis* ipsum hoc insuper eo suadeatur, quod, quemadmodum *mens* nominativus ex *mentis*, sic *lens* ex *lentis*, Prisciano teste, contractum est. Sunt enim Prisciani verba haec VII p. 764 P. (335 Kr.) [341 H.]: *Sciendum autem [tamen* H*] quod etiam hic et haec concordis et hoc concorde dicebant et hic et haec amentis et hoc amente. Nec mirum cuius simplex quoque mentis Ennius protulit in Epicharmo: 'Terra corpus est, at mentis ignis est' pro mens. Lentis quoque [pro* H*] lens.* At ex ea quae apud Plutarchum de fort. Romanor. [c. 5] p. 318 D est scriptura Μέντις con-

cludatur oportet, in contracta demum *mens* forma vocalem natura longam locum habuisse. Nisi igitur vel *lentis* nominativo producta *E* vocalis inerat, id quod nescitur, probabiliter sane conicitur, certe consimilem hanc contractionem secum duxisse *E* vocalis productionem. Sed quae nullum omnino locum relinquunt dubitationi, utrum in *lens (-dis)* et *lens (-tis)* vocabulorum nominativo *e* vocalis producte dicenda sit an correpte, sunt verba Valerii Probi institt. Gramm. II. pag. 104 Lindem. (p. 1444 P) [p. 6 K]: *Terminatur* (sc. tertiae declinationis nominativus singularis) *etiam duabus consonantibus copulatis n et s et dividitur in modos quinque. Nam aut a ante ns habet, infans, infantis. Aut e productam, Vfens, Vfentis, nam correpta ante ea [eas* K*] nullum nomen reperitur, sicut nec i.*

Praestantissimis hisce verbis non habeo quod addam, nisi quod fallitur, qui grammaticum dicentem: 'nam correpta' cet. ad positionem *NS* litteris semper effectam putet respexisse. Nam quae statim insecuntur *Aut o correptam, ut insons insontis. Aut productam, ut fons, fontis* testificantur planissime, de naturali vocalium sono eum verba facere.

Sponte autem intellegitur, propter hoc ipsum testimonium non anceps esse iudicium, quin etiam adiectivorum omnium *ENS* terminationi vocalis insit suapte natura longa. Vt non ad initium quaestionis de illis instituendae traducti sed ad ipsum finem iam perducti simus: scilicet Graecae scripturae nullae sunt, quae huc lucem afferant: quando e Κλήμης verbo, quale ex adiectivorum numero unicum habetur velut apud Dionem lib. 57, 16, apud Suidam s. v., in Etym. magn. s. v. Cάλη cet. quicquam concludere contracta nominativi forma vetamur.

Sed redeundum est ad Probi verba illa, quae ad *E* et *I* productam pertinent. Quotiens enim ea perlego, semper subnascitur mihi cogitatio, num forte a Probo *E* vocalis productio non ad terminationes tantum referatur, sed subobscure dicatur universe valere, ubicunque *NS* consonantes *E* vocalem excipiant. Nemo enim nescit *I* vocalem, quacum *E* in comparationem inducitur, nunquam in fine vocabulorum ante *NS* litteras legi. Quare hinc profectus etiam *E* vocalem extra

terminationem *ENS* producendam esse suspicor. Rem non aperte verbis inesse, mihimet ipse haud dissimulavi. Quo attentius circumspexi, num quae exempla tali universae *E* vocalis productioni favere viderentur. Atque exstant sane.

Et primum quidem non inepte poterit huc trahi adiectivorum illa *ENSIS* terminatio, praesertim cum in hac ipsa ad *E* vocalis productionem ne contulit quidem primitiva sive stirpis *E* longa, cuius naturam non credemus nihil valuisse in *mēnsor* a *mētior* descendente. vid. infr. p. inseq.

Praeterea in promptu sunt exempla quae ad litterarum Latinarum ordinem digesta enumerabo haec:

ἀκυιπήνϲερα Lyd. de Mag. III, 63, p. 257. Vnde coniciendum est, etiam *acipensis* [Martial. XIII, 91] formae *E* vocalem inesse natura longam: in cuius rei fidem non licuit ἀκιπήϲιοϲ scripturam advocare, ibid. de mag. II, epit. p. 164, Athen. VII, p. 294 F.

ἀντεκήνϲωρ, Lyd. de mag. III, 27, p. 220.

ΚΗΝϹΟΝ C. I. G. II, 3497, 3751. Lyd. de mag. II, epit. p. 163; 30, p. 194. Vnde apparet

ACCÉNSVS vocabulo apud Mommsenum I. R. N. n. 2532. apicis signum rectissime impositum esse; vide Manut. orthogr. rat. p. 302.

κηνϲουάληϲ, Lyd. de mag. ibid.

κηνϲουάλια, ibid. III, 70, p. 264.

κήνϲωρ, ibid. I, 39, p. 152: quocum conferas CAENSOR quod in titulo quodam Sabino Vespasiani temporibus facto legi apud Feam (qui mihi ad manus non est) testatur Orellius ad Hor. Epistt. I, 10, edit. minor. 1844, p. 366. Quod equidem non tam mero lapicidae errori quam studio tribuerim accurate significandae exaequandaeque pronuniationis.

κηνϲοῦρα, Lyd. de mag. I, epitom. p. 121.

ΚΗΝϹΟΡΝΩΙ C. I. G. II, 2698[b] ibidemque

ΚΗΝϹΟΟΙΝΗΟΝ: sine dubio cum Boeckhio Κηνϲωρίνῳ et Κηνϲωρινήων legenda: quorum verborum feliciter evenit ut ipsa initia mendis contaminata non sint. Ceterum vid. Plut. Anton. 24. Crass. c. 25. Dion. fragm. 17, 13. — Sequitur

Δῆνϲοϲ, Dion. Cass. 64, 6.

μῆνϲα, Plut. Quaestt. Sympp. VIII, 6, p. 726 F; quam

formam iam ab editore Basileensi Turneboque e codicibus volgatam quo iure in μένcα mutaverit Reiskius, equidem parum perspicio; nec videtur Duebnerus perspexisse.

μήνcορεc, Lyd. de mag. I, 46. p. 157.

Hic inserendum est exemplum e Latinis monumentis petitum, quod cernitur in

MÉNS id est MÉNSIBVS scriptura I. R. N. tituli 6546 Mommseniani. In quo cum praeterea incisum sit prorsus ad prosodiae severitatem IANVARIAÉ et CAÉSARIS, dubitari nequit, quin hic certe apex ille munere suo fungens vocalem natura longam significet, quantumvis alibi ascribendi eius rationem videamus fluctuantem. Ceterum si Boeckhius oec. civ. Ath. II, p. 395 recte statuat, ut sane videtur, *Mensis* vocabulo eandem cum Ionica μείc forma MENC stirpem subesse: vis illa producendae *E* vocalis, en, quam propria fuerit in Romanorum ore *NS* consonantibus copulatis. Quod non minus dilucide apparet e Lydo: qui quamvis de Mag. I, 13, p. 131 ἀττένδερε infinitivi formam scripserit, ibidem tamen ἀττήνcουc repraesentavit participium.

Atque hoc exemplo ultro transitus factus est ad Gellii testimonium quod habetur N. A. IX, 6, hoc: *Cur igitur ab eo quod est edo et ungo, in quibus verbis prima litera breviter dicitur, esito et unctito, quae sunt eorum frequentativa prima litera longa promimus? ..... quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia praeteriti temporis ex iis verbis, unde ea profecta sunt, in eadem syllaba pronuntiantur, sicut lego, lectus, facit lectito; ungo, unctus, unctito; scribo, scriptus, scriptito; moveo, motus, motito; pendo, pensus, pensito; edo, esus, esito; dico autem, dictus, dictito facit* cet.

Quae verba haud incogitanter legenti cum e totius disputationis ordine tum exemplorum ratione dubium esse nequit, quin *pendo* verbum priorem vocalem habeat natura brevem, *pensus* tamen longam. Vt rursum *NS* consonantium copulationem *E* vocalis productio secuta sit.

Sunt haec documenta quotquot indagavi. Nec tamen in his subsistendum argumentando. Quotus enim quisque est quin intellegat, non singulis tantum de quibus exposui exem-

plis pronuntiationis regulam inventam esse, sed etiam omnibus eis vocabulis quae ab eisdem stirpibus ita conficta sint, ut post *ENS* litteras solam terminationem immutatam habeant? velut *mēnsalis*, *mēnsarius*, *mēnsura*, *mēnstruus*, *dēnsatio*, *pēnsilis*, *pēnsatio*, cet. Quod ratione adeo flagitatur, ut, etiam si Gellii verbis ad frequentativa spectantibus Lydique ἀττηνcίων et ἀττήνcουc scripturis de mag. I, epit. p. 121 et ibid. c. 13, p. 131 non confirmaretur, tamen per se non posset non concludi.

Iam vide mihi ipse, quale quantumque praesidium paratum sit nostrae illi verborum Probi interpretationi. Equidem exemplorum pro origine sua et tota condicione perquam distantium consensum nondum mihi persuadere potui, ut casui tribuam.

Cap. II.

Argumenti nostri aequabilis tractatio postulare videtur, ut secundo hoc capite inquiratur in prosodiam naturalem *O* vocalis *NS* consonantes antecedentis. Quae tamen quaestio omnino brevior evadet quam illa quae primo loco de *E* littera instituta est. Etenim, nullae quod sciam, Graecae scripturae exstant, e quibus ad inlustrandam hanc rem quicquam redundare possit. Nam quae scripta reperiuntur vocabula Κῶνcοc, κωνcίλιον, Κωνcάλια sive Κωνcουάλια, κώνcουλ* apud Plutarch. Romul. c. 14 [et 15], Quaest. Rom. 48, Dionys. Halic. II,

* Haec omnia clamant, ne diutius Κονcίδιοc legatur apud Plut. Caes. c. 14. Contra quae apud Lydum sunt de mag. I, 30, p. 143: κόνcούλ, Κόνcοc, Κονcουάλια, κονcίλια, non solum etymologia cui ille se mancipavit (a κόνδερε verbo deducit ea) sed etiam depravata recentis aetatis pronuntiatione effecta sunt: quam Sergius testatur p. 1855 P. hoc modo: *Con et In quotiescunque habent post se S et F literam, videamus quem ad modum pronuntientur; plerumque enim non observantes barbarismos incurrimus*, e. q. s. Quare non magis mirum, eundem Lydum scripsisse κονcκρίπτουc de mag. I p. 121, κονcεκρατίωνοc ibid. II, 30, 193, sed tamen Κωνcταντῖνοc, de mens. IV, 2, p. 52 al.; octavum vero saeculum ne ΚΟΝϹΤΑΝΤΙΝΟϹ quidem respuit, v. Mommsen. I. R. N. p. 179.

31 al.: ea nihil novi nos docent: quare plena horum omnium enumeratione supersedeo.

In Latinis autem litteris non quidem eadem testimoniorum penuria, sed ita tamen comparata res est, ut solum de *O* vocali in terminatione nominativi ante *NS* posita certiores fiamus. Leguntur enim apud Priscianum haec VII. p. 751 P. (317 Kr.) [319 H]:

In ons Latina, masculina vel feminina vel omnis [generis, ut] hic mons huius montis, haec frons huius frontis, hic et haec et hoc insons, huius insontis, quod solum, teste* ***Probo****, o ante ns habet correptam et eius simplex sons sontis.* Quem hic citat auctorem Probum duobus locis invenio hac de re docuisse, quorum alterum supra iam posui; alter est Institt. Gramm. II, 1473 P. p. 130 L [p. 28 K]: *Sons* (sc. terminatio) *correpta in medio habens n**, tis faciet, insons, insontis; sic Horatius; sons non legi.* Num vero quae Probo et Prisciano placuerit *sŏns* et *insŏns* vocabulorum pronuniatio etiam antiquiori aetati frequentata fuerit, in medio relinquendum est. Siquidem constat, multarum terminationum vocales olim longas temporum decursu ad correptas attenuatas, nunquam vero ad productas dilatatas esse breves. Atque haec ipsa caussa est, cur in *frons -dis, frons -tis, mons, pons* substantivis optimae Latinitati tribuenda sit *O* vocalis natura longa: quippe quae ne posterioribus quidem temporibus ignota fuerit.***

Sunt haec omnia quae de *O* vocali expiscatus sum: quibus tamen si adnumeratur quod de *CON* praepositione traditum est, vides eo saepius pronuntiandi regulam paratam esse, quo rarius alibi in lingua Latina *O* vocalis *NS* litteras praecedat.

---

* [*generis*, *ut*] eiecit H.

** A *sos* terminatione Probus procedit ad *sons*.

*** Vide praeter Probi Priscianique ll. ll.: Diomed. II, p. 426 P [431 K]. Prisc. II, p. 573 P (65 Kr.), [53 H]. Bed. l. l.

Cap. III.

Transeo ad *E* vocalis ante *NT* consonantes ὀρθοέπειαν. In qua adumbranda visum est primum inquirere qualis sit illius vocalis propria prosodia in casibus obliquis qui e nominativo in *ENS* cadente proveniunt.

§. 1.

Magnopere fallitur qui a casu recto *ENS* litteris terminato putet posse repeti regulam, ad quam obliquorum casuum pronuntiatio dirigenda sit. Nam ut statim dicam quod res est: pari pertinacia *E* vocalis natura producta casibus obliquis abiudicanda est qua nominativo vindicanda. Neque vero talis prosodiae immutatio adeo mira esse debet, cui fides derogetur; quippe non desunt similitudines in lingua Latina, quarum plures Priscianus iam enumeravit hisce verbis VII, p. 755 P (322 Kr) [326 H]: *Nec non producentia terminationem nominativi corripiunt penultimam genitivi [ut]* hic et haec et hoc par, huius paris, Lar Laris, vas vadis, pes pedis, Ceres Cereris, compos compotis, bos bovis, sus suis, grus gruis.*

Sed etiamsi talia non adessent, summa tamen persuadendi vis credendique quasi astringens necessitas cerneretur in exemplis quot qualiaque huius variationis repperi:

ΚΛΗΜЄΝΤΟC C. I. G. II, 3757.

ΚΛΗΜЄΝΤΙ ibid. 1829 c. p. 984.

Κλήμεντα, Dion. Cass. 67, 14.

κλιέντης, Plutarch. de fort. Rom. [c. 10] p. 323 B.

κλιέντης, Lyd. de Mag. I, 20. p. 136; ibidemque explicandi caussa additum: κολιέντης.

ΚΡΗCΚЄΝΤΙ C. I. G. II, 1994 f, p. 991.

δέντης, Plutarch, Quaestt. Sympp. VIII, 6. [c. 5] p. 727 A.

Μέντεμ, ibid. de fort. Rom. [c. 10] p. 322 C.

Μέντις, ibid. [c. 5] p. 318 D.

ΜЄΡЄΝΤΙ, apud Mommsen. I. R. N. n. 2143.

Ὀψεκούεντις, Plutarch. de fort. Rom. [c. 10] p. 322 E.

παρέντης, Lyd. de Mag. I, 26, p. 141.

* [ut] eiecit H.

Πικένται, Dion. Cass. frgm. 98, 3.
Πίκεντες, Strab. V, 4, 13.
Πικέντων, Polyb. III, 86. Dion. Cass. 63, 2.
Πούδεντος, Dion. Cass. 71, 29.
ΠΡΑΙϹΕΝΤΙ C. I. G. II, 3175.
ΒΑΛΕΝΤωΝ ibid. I, 1166.
ΒΑΛΕΝΤΟϹ ibid. I, 1558.
Οὐάλεντος, Dion. Cass. 67, 14.

Sufficere videntur haec exempla ad probandam sententiam quam de corripienda *E* vocali proposui. Corruant igitur Zumptii et Madvigii opiniones, quorum ille Gramm. Lat. §.33, 3 *dênte*, hic Gramm. Lat. §. 15, 1 *gêntis* a veteribus prolatum esse putat, festinantius uterque nominativi prosodia pro argumento usus.

Qui si ita argumentati essent, ut a correpta casuum obliquorum *E* vocali profecti eandem prosodiam probabiliter redituram esse dixissent in eis vocabulis quae, a casibus obliquis deducta, *ENT* syllabam retinerent, velut Πικεντίνη: vel per se vix verendum esset, ne praeter veritatem iudicassent. Poterat enim *ENT* syllabae communio satis spondere pro *E* correpta.

Et reapse huic argumentationi τὸ πιστὸν, ut Lydi verbis utar, ἡ τῶν ἀρχαίων ἐπιτίθησι μαρτυρία. Vt rursus ab his nominibus sententiae meae quam de casibus obliquis protuli praesidium exsistat. Exempla haec in promptu sunt:

Κλοέντιος, Appian. bell. civ. I, 50.
Κωνσεντία, ibid. V, 58.
Κρησκεντῖνα, Dion. Cass. 77, 16.
Δεκέντιος, Steph. Byz. p. 224. Mein.
Δέντατος, Dionys. Hal. X, 36. [Δεντάτος scr. Kiessling.] Appian. de reb. Samnit. III. fragm. V. [ed. Bekker. p. 27, 3] — Suid. s. v. Ζῆλος.
Φαουεντία, Strab. V, 1, 11.
Φερεντάριοι, Lyd. de Mag. I, 46, p. 158.
Φιδεντία, Plut. Sull. 27.
Φλωρεντία, Suid. s. v.
Φλωρέντιος, ibid.
ΓΕΝΤΙΑΝΟϹ, C. I. G. II, 2208.

κεντιλίων, quale apud Suid. s. v. Ducang. in utroque Gloss. pro γεντιλίων.

Λαρεντία, Plut. Romul. 4. alib.

Λαυρεντῖνος, Plut. Parall. [c. 34] p. 314 B; Polyb. III, 22 [Λαρεντίνων].

Λαυρέντιος, Plut. Romul. 23. Suid. s. v. Ἐπίνικος.

Λαυρεντόν, Plut. Romul. 24. Λωρεντόν Steph. Byz. 98.

Πικεντίνη, Polyb. II, 21. Strab. V, 2, 10.

Πικεντία, Strab. V, 4, 13.

Πικεντῖνος, Diodor. 37, 2, 4.

Πλακεντία, Strab. V, 1, 11.

Πολεντία, Strab. III, 5, 1.

Πολλέντιον, Steph. Byz. p. 532.

Πολλεντός, ibidem.

Ποτεντία, Strab. V, 4, 2.

Πρησενταῖος, Appian. bell. civ. I, 41.

ΡΕΠΕΝΤΙΝΟϹ, C. I. G. I, 286. v. 23.

Σιλεντιάριος, Lyd. de mens. I, 26, p. 12. Suid. s. v. φατρία.

σιλέντιον, Lyd. ibid.

ΤΕΡΕΝΤΙΑΝΟϹ, apud Mommsen. [I. R. N.] 4313.

Τερεντίνα, Flav. Ios. Antiqq. XIV, 10, 10 [potius Τηρητίνᾳ, non cum Im. Bekkero Τηρηντίνᾳ scribendum; idemque restituendum XIV, 10, 13 et 19; vid. Mus. Rhen. XV, 637, XVI, 303].

Τερεντῖνος, Steph. Byz. p. 2.

ΤΕΡΕΝΤΙΟΥ, C. I. G. II, 3003. ΤΕΡΕΝΤΙΟΝ, 3475; Plutarch. Cic. 8 [Τερεντίας].

Τριδεντίναις Dion. Cass. 54, 22.

Ὠφεντῖναν Diodor. XIX, 10, 2. cf. OFF. Mommsen. de diall. p. 218.

Οὐαλεντία, Strab. VI, 1, 5.

Οὐαλεντῖνος, Plut. Parall. [c. 37] p. 315 A.

ΒΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΟΥ, C. I. G. I, 1558, Lyd. de mens. IV, 30.

Οὐηϊεντανός, Dionys. Hal. II, 52 [Οὐιεντανός scr. Kiessling].

Οὐιβοουαλεντία, Steph. Byz. 336.

His annectere iuvat, ne res inter se suppares seiungantur, reliqua vocabula, in quibus *E* vocalem ante *NT* positam indagavi.

§. 2.

Quod e substantivorum *MENTVM* syllabis terminatorum multitudine, velut *tegumentum* pauca tantum exempla Graecis litteris perscripta inveniuntur, parum dolendum erit. Quotus enim quisque est quem fugiat, quam recte senserint qui illis vocabulis subesse velint participium passivum, *mĕnos, mĕna mĕnom* finitum illud, sed pridem in lingua Latina abolitum? Vt in his quidem omnibus de correpta *E* vocali etiam sine orthographiae Graecae fide lis sub iudice non sit. Idem vero valere in adiectiva ab illis deducta, velut *instrumentarius* al., non est quod pluribus moneatur. Exempla autem habeo haec:

ΦΡΟΥΜΕΝΤΑΡΙΟΥ, C. I. G. II, 2802; vid. Lyd. de mens. I, 26, p. 12; de mag. II, epit. p. 163.

ἰνcτρουμεντάριοc, Lyd. de Mag. III, 20, p. 214; 35, p. 229 [ἰνcτρουμέντου].

παλουδάμεντον, ibid. II, 4, p. 169 [ibid. τουβαλαμέντοιc i. e. *tubulamentis*].

πίγμεντον, ibid. 20, p. 213.

cηγμέντα, ibid. de mag. II, 4, p. 169.

Nec magis licet dubitare de *E* vocalis correptione in urbium Italarum nominibus quorum *ENTVM* exitus cognatus est cum Graecorum -ειc -εντοc terminatione, quo de Mommsenus dixit de diall. p. 73, velut *Buxentum* - Πυξόειc, *Maluentum* - Μαλόειc, *Grumentum* - Κρυμόειc; quibus adicio

Νωμεντόν, Strab. V, 3, 1. Dionys. Hal. II, 53, al.

Cυρρεντόν, Strab. I, 2, 12, Dion. Cass. 52, 43.

Cωρεντόν, Steph. Byz. p. 532.

Τρουεντῖνοc *(Truentum)*, Strab. V, 4, 2.

A consortio horum omnium quae adhuc recensui segreganda singillatimque proponenda haec sunt:

Ἀδούεντοc, Dion. Cass. 78, 14 (quod, qui reminiscatur exempla illa immutatae prosodiae a Gellio IX, 6 prolata, non inutile habebit memoratu).

Ἀβεντῖνοc vel Ἀουεντῖνοc vel Αὐεντῖνοc, Lyd. de mag. I, 34, p. 147. Dionys. Hal. I, 71. Diodor. 12, 24 extr.

Καρμέντα, Plut. Romul. 21.

Καρμεντάλια, Plut. ibid.

Καρμέντις, Strab. V, 3, 3 [Καρμέντην in accus. casu ed. Meineke in bibl. Teubn.].

καρπέντῳ, Dion. Cass. 60, 22.

κεντηνάριοι, Lyd. de mag. III, 21, p. 215.

Κεντήνιος, Polyb. III, 86.

κέντουμ, v. Du Cang. Gl. Gr. s. v.

κεντουρίωνες, Polyb. VI, 24, [κεντυρίωνας ed. Hultsch.] Lyd. de mag. I, 9, p. 128 [κεντουρίωνα].

Κέντων, Polyb. XXVIII, 11.

κομβέντος *(conventus)*, Lyd. de mens. I, 26, p. 11.

κομμενταρίσιος ibid. de mag. III, 4, p. 198.

κομέντων, ibid. 19, p. 212 [i. e. *commentorum*].

Φερεντανός, Polyb. II, 24 [Φερεντάνων]. Steph. Byz. 671.

ΙΝΟΥΕΝΤΟΣ, C. I. G. II, 2935. vid. Ἀδούεντος.

Λεντίκουλος, Dion. Cass. 45, 47.

Λέντλος, Plut. Cic. 17, alib.

ΛΕΝΤΥΛΟΝ, C. I. G. I, 368.

Λέντων, Dion. Cass. 43, 40.

Μαγνέντιος, Steph. Byz. p. 224.

Μαξέντιος, Suid. s. v.

Μεζέντιος, Plut. Quaest. Rom. [c. 45] p. 275 E sive Μεσέντιος, Dionys. I, 64.

Σάρμεντος, Plutarch. Anton. 50.

σεμεντίλιος, Lyd. de Mens. IV, 93, p. 109.

Σεντία, Appian. Bell. civ. V, 30.

Σεντῖνον, Σεντινᾶται, Polyb. II, 19.

Σέντιος, Dion. Cass. 55, 28.

Cap. IV.

Superest ut de *O* vocali dicatur ante *NT* consonantes posita qualis fuerit in *pons mons fons frons (dis) frons (tis) sons insons* vocabulorum casibus obliquis. In qua re exponenda commodissime sese offerunt πόντεμ et πόντην scripturae, quarum prior legitur apud Plut. Num. 9, altera apud Lyd. de mens. III, 21, p. 42. Quibus, si quid video, effectum est, ut

nulla iam dubitatio restet de correpta *O* vocali casibus obliquis *pons* voculae tribuenda. Quam ob rem vix potest fieri ut

ΠΟΝΤΗΙΟΥ C. I. G. II, 3028.

ποντιφικάλιος, Lyd. de mens. IV, 20, p. 62.

ποντίφικες, Lyd. de mag. III, 35, p. 147. Plut. in vit. Num. 9 al.

vocabula non e nominativi forma erumpentia illa, non ita scripta sint quem ad modum re vera scripta reperiuntur.

Ad *fons* autem et *mons* substantiva quod attinet, in uno alterove casu obliquo nusquam quidem ea indagavi Graece scripta, quo res statim ad liquidum perducta sit; sed tamen de *O* eodem modo ut in *pontis, ponti* cet. corripienda non addubito propter haec quae leguntur nomina:

ΦΟΝΤΕΙΟΥ, Mommsen. I. R. N. n. 3067 [p. Chr. 59]; Flav. Ios. de bell. Iud. VII, 4, 3, Plut. Ant. 36. [Φοντήιον utrobique scriptum.]

Φοντίνιος, Diodor. XII, 6.

MONTANON, C. I. G. I, 1375.

Haec enim parili ratione atque in πόντεμ, ποντίλιος reliquisque cernitur vocabulis, quae supra posui, credenda sunt eandem *O* vocalis prosodiam habere cum casibus obliquis quibus tanquam fundamento superstructa sint.

Cuius quidem ratiocinationis fidem, quantum ad *montis monti* cet. pertinet, ne credat quis ideo labefactari, quod apud Dion. Cass. 61, 9 scriptum exstet Μουντανός.* An cuipiam, ut exemplum afferam, ου diphthongus in Λέντουλος vocabulo Polyb. VIII, 31 necessario productam vocalem testificari videtur? Ergo ου illud in vocibus Latinis minime locuples productionis testis esse potest.

Ceterum, ut hoc in transcursu dicam, suspicor, a Salmasio Μουντανός non rectius in Μοντανός mutatum esse quam pro MVNTANO probatum M*o*NTANO a Mommseno I. R. N. 4284. Quippe analogia *frus, frundifer, dupundi*** formarum facile mihi opinionem affert, exstitisse in lingua Latina MVNS MVNTANVS voces: quod etiam Σεπτομούντιον et [Σεπτι]-

* [in L. Dindorf. ed. Μοντανός].

** v. Fest. s. v. *sollo;* cf. διπόυνδιοι, Lyd. de mens. IV, 94, p. 109.

μουνδιος scripturis haud leviter indicari video: quarum illa exstat apud Plutarchum Quaest. Roman. 69, p. 280 C, haec apud Lydum legitur de Mens. fragm. Caseolin. p. 118 ex certissimo quidem supplemento, parum tamen commendabili orthographia in secunda et quarta syllaba, si Plutarchum sequamur.

Sed progrediendum est ad *frons sons insons* vocabula: fatendum autem, destitui nos disertis testimoniis in quibus cum certitudine pedem figere liceat ad comprobandam *O* vocalis correptionem. At, modo aliquantillum tantum reliquorum similitudini tribuatur, difficile sane est ad credendum, in illis a brevi vocali non pari modo atque in his casus obliquos occupatos fuisse.

Ne autem aequabilitas disserendi desideretur, hic quoque adicio cetera vocabula in quibus *O* ante *NT* conlocatum repperi:

BOKONTIЄ, C. I. G. II, 3470.
Οὐοκοντίων Strab. IV, 1, 3.
VOLKONTION, vid. Mus. Rhen. VII, p. 250.

In conscribendo indice qui sequitur appendicis instar, hanc tenui rationem, ut seiungerem ab enumeratione duo vocabulorum genera: tum ea in quibus de vera pronuntiatione *O* et *E* vocalium per etymologiam sive Graecam sive Latinam facile constat, velut Σέξτος (ἕξ) νόκτουρνος (παννύχιος), Τέρτιος (ter): tum ea in quibus eaedem vocales ante geminatas consonantes positae sunt, velut Γέλλιος cet. Illa supervacaneum habui hic proferre, haec singulari opportunitati seposui. Praeterea ambitiosum duxi, in re apertissima inlustrare ubique, quatenus unumquodque vocabulum aliorum quibuscum radicitus coniunctum est, pronuntiandi normam porrigat.

A.

Αἰcερνῖνος, Dion. Cass. 42, 15.
Ἀμίτερνον, Strab. V, 3, 1.
Ἀντέμνα, Plut. Romul. 17; Ἀντέμναι Strab. V, 3, 2.

'Αργεντοκόξας, Dion. Cass. 76, 16.
'Αρουέρνους, Strab. IV, 1, 14.
"Ατερνον, ibid. V, 4, 2.
'Αουερνίς, Dion. Cass. 48, 50.

B.

Βηστίας, Plut. Cic. 23, Mar. 9.
Βητρίακον, Plut. Othon. 8.
Βόδεγκος, Polyb. II, 16.

C.

Καισέρνιος C. I. G. II, 3771. Plut. Quaestt. Sympp. VII, 4. [c. 2] p. 702.
[Κ]αμπέστριος Lyd. de ostent. §. 10. p. 285; ex Hasii suppl.
Κέλσος C. I. G. II, 2645, 2949, 3463.
Κέστιος Flav. Ios. bell. Iud. II, 14, 3 al.
Κινστέρνα Suid. s. v. 'Αναστάσιος.
Κλατέρνα Strab. V, 1, 11.
Κόκλης Polyb. VI, 55.
Κόκλιος Plut. Poplic. 16.
Κονδιανός Dion. Cass. 72, 6.
Κονκορδία Strab. V, 1, 8. [Cramerus et Meinekeus male [Κωνκ]ορδία suppleverunt.]
κοορτάλιος Lyd. de Mag. III, 3, 198.
κοόρτης Lyd. de Mag. I, 46. p. 157. Suid. s. v. [κόορτις].
Κορβιών Dionys. Hal. VI, 3.
Κορβούλων Dion. Cass. 59, 15.
Κόρδος C. I. G. II, 2631, 2632.
Κορνηλιανός C. I. G. II, 2846.
Κορνήλιος Plut. Cic. 17. C. I. G. I, 364. alib.
Κορνίκολος Dionys. Hal. III, 50.
Κορνικουλανός Plut. de fort. Rom. [c. 10] 322 A.
Κορνικουλάριος Lyd. de Mag. III, 4, p. 198; 6, 199.
κόρνιξ ibid. de Mag. I, 46, p. 157.
Κορνοφικιανός C. I. G. II, 1821[c] p. 984.
Κορνιφίκιος Plut. Brut. 27.
Κορνοῦτος C. I. G. II, 3671. Dion. Cass. 62, 29.

Κορcική } Steph. Byz. p. 376.
Κορcίc }

Κόρcoc Pausan. X, 17, 9.

Κορβῖνοc Plut. Brut. 45. (Κουρουῖνοc Dion. Cass. 60. p. 962.) [Lud. Dindorfius in edit. Teubner. l. LX, 25 scripsit Κορουῖνοc.]

Κορουιών (v. Κορβιών) Steph. Byz. 376.

Κορφίνιον Diodor. 37, 2, 4.

Κοcκωνία C. I. G. II, 3173 B.

Κόcκώνιοc Plut. Caes. 51. Appian. bell. civ. I, 52. — Apud Diodor. [37, 2, 8] falso Κοcκόνιοc [ne nunc quidem correctum] ut Ὀρδεώνιοc, Πομπώνιοc, Πακώνιοc vocabulorum analogia docet.

D.

Δομεcτικόc C. I. G. I, 1428; v. Suid. et Du Cang. Gloss. Lat. s. vv. — Δομεcτιχόc Mionnet Ser. VI, 550.

E.

Ἔκλεκτοc Dion. Cass. 72, 4. [et 19.]

ἐκcτραορδινάριοc Polyb. VI, 26.

Ἑλβία Plut. Cic. 1.

ЄΛΒΙ[oc] C. I. G. II, 3664. v. 24.

Ἑλούϊοc Polyb. XXII, 17. [XXI, 34 ed. Hultsch.] Dion Cass. 46, 53.

Ἑρδώνιοc Dionys. X, 14. Strab. VI, 3, 7. [Ἑρδωνία.]

Ἑρκόλιοc C. I. G. I, 1081. Suid. s. v. Ἑρκούλιοc Suid. s. v.

Ἑρκουλάνεον Dion. Cass. 66, p. 1005. [L. Dindorf. scr. 66, 23 Ἡρκουλάνεον, male, ut puto.]

Ἑρμήνιοc [nunc editum Ἑρμίνιοc] Plut. Poplic. 16. (Ἑρμίνιοc Diodor. 12, 27.)

Ἑρcιλία Plut. Romul. 18. Dion. Cass. fr. 5, 5.

Ἡcκυλῖνόc Strab. V, 3, 7.

F.

Φάλερνοc Polyb. III, 90; Strab. V, 3, 6.

Φαινεcτέλλαc Plut. Sull. 28.

φαινέcτρα, Plut. Quaestt. Rom. 36, p. 273 C.

Φῆϲτοϲ, C. I. G. I, 372, v. 3; Strab. V, 3, 2. [Φῆϲτοι] Flav. Ios. bell. Iud. II, 14, 1. Dion. Cass. 78, 32. Suid. s. v.

Φορδικάλιοϲ (fordus) Lyd. de mens. IV, 49, 84.

Φορμίαι, Strab. V, 3, 6.

φορτοῦνα, Lyd. de Mens. IV, 7, p. 55.

Φορτουνάτα, C. I. G. I, 1452.

G.

Γερμανία, Plut. Aemil. Paull. 25.

Γερμανικόϲ Plut. Anton. 37.

Γερμανόϲ C. I. G. II, 2007^{m}, p. 994.

Γέϲτιοϲ Plut. Parall. 24. p. 311 D.

I.

Ἰντεροκρέα, Strab. V, 3, 1; cf. Mommsen. de diall. p. 341.

L.

Λαβέρνη Plut. Sull. 6.

Λευτέρνιοϲ Strab. VI, 3, 5.

Λιτέρνιοϲ Flav. Ios. bell. Iud. VI, 4, 3.

Λίτερνον Strab. V, 4, 4.

Λογγανόϲ Polyb. I, 9.

Λογγῖνοϲ Plut. Quaest. Sympp. IX, 1 [c. 3] p. 737 B. Λονγῖνοϲ C. I. G. II, 2346^{e}, p. 1058.

Λόνγοϲ C. I. G. II, 3754.

Λουπερκάλια Plut. Anton. 12. Quaest. Rom. 68, p. 280 B,

Λουπερκιανή C. I. G. II, 3202.

Λουπέρκου C. I. G. II, 2690. Plut. Rom. 21 [Λουπέρκουϲ].

M.

Μαμέρκιοϲ, Plut. Num. 21.

Μάμερκοϲ ibid.; Aemil. Paull. 2 al.

Μαμερτεῖνοϲ C. I. G. I, 189. 192; vid. apud. Mommsen. de diall. p. 193 in titulo Osco Graecis litteris scripto MAMERTINO.

Μαμέρτιον Strab. VI, 1, 9; Steph. Byz. 430.

Μάμερτοϲ Diodor 21, 18, 1.

μέμβρανον Lyd. de Mens. I, 24, p. 11. Suid. s. v. Φαιλωνήϲ.

Μέργος Suid. s. v. Γάϊος Λαιτώριος. ['Leg. Μέργος, Bernh.']

Μερκηδῖνος Plut. Num. 18. Lyd. de Meus. IV, 92, p. 108.

Μερκηδώνιος, Plut. Caes. 59 (sic scribendum pro Μερκηδόνιος) [ne nunc quidem correctum].

Μερκούριος, C. I. G. II, 3705.

Μέστριος C. I. G. I, 1732. II, 3663 B.

HINEPBIAC = Μινερβίας C. I. G. II, 1813[b], p. 983.

Μόδεστος C. I. G. II, 3663 A. Plut. Quaest. Sympp. I, 2, [c. 6] p. 618 F.

N.

Νέρβα C. I. G. I, 1307. Νέρουα 1074, II, 2911.

Νερουανῆα (ludi Nervae) C. I. G. I, 1186.

Νερβιανός Suid. s. v. Φιλόστρατος.

Νερβίνιος C. I. G. I, 1241 v. 26.

Νώρβα, [vel Νῶρβα,] Νωρβανός. Redeuntem video in his nominibus ω litteram apud Dionys. Hal. V, 61, VII, 13. Appian. bell. civ. I, 94. Dion. Cass. 47, 35; 48, 43; 53, 28; 57, 14. Quem consensum respiciens vix ambigo quin Plutarcho restituenda sit Sull. 27. Brut. 38; Νωρβανός ibid. Sertor. 6 adhuc superstes forma est. [Nihil adhuc mutatum video.]

O.

Ὄβλακος, Dionys. Hal. XIII, 2.

Ὄκρα Strab. IV, 6, 1.

Ὀκρησία Plut. de fort. Rom. [c. 10] p. 323 A.

Ὀκρίκλοι Strab. V, 2, 9.

Ὀκρίκολα Steph. Byz. 488.

Ὄπτατος, Plut. de solert. animal. [c. 8] 965 C. Lyd. de Mag. III, 63, p. 257. C. I. G. II, 3407.

Ὄπτιμος, Dion. Cass. 68, 23.

ὀπτίων Lyd. de mag. I, 46, p. 157.

Ὀρβάνα C. I. G. II, 2264[b], p. 1032.

OIBHΛIOY = Ὀρβηλίου C. I. G. II, 2700[b].

Ὀρδεώνιος C. I. G. II, 3003.

ὀρδινάριος Lyd. de Mag. I, 46, p. 157.

Ὅρτα Plut. Quaestt. Rom. 46, p. 275 E.

ὀρτᾶρι ibid. p. 276 A.

'Ο[ρ]τήσιος C. I. G. I, 353. Plut. Brut. 28. sescenties alibi.
Ὄρτων (Ortona), Strab. V, 4, 2.
Ὄρφιτος C. I. G. II, 2169.
Ὄσκος Strab. V, 4, 3.
'Οσπήτιον Suid. s. v.
'Οστήσιος Lyd. de Mag. III, 63. 'Οστία ibid. I, 20, p. 136. 'Οστιάριος Suid. s. v. Erat haec Byzantinorum temporibus frequentata pronuntiatio, v. Suid. s. v. 'Οστία [διὰ τοῦ ō μικροῦ]; contra antiqua aetas proferebat haec vocabula per ω:
'Ωστία Polyb. VI, 2; XXXI, 22. Strab. III, 2, 6, et undeciens fere alibi; Dionys. Hal. III, 44.* Plut. Mar. 35 et 42.
'Οστίλιος C. I. G. I, 1105[b]. Dionys. I, 75 al.
"Οστιος C. I. G. II, 3424.
'Οστώριος Dion. Cass. 55, 10.
'Οψίδιος vid. Mommsen. de diall. p. 307.

P.

Πεκτόριος in tit. Augustoduni reperto, cf. Bergk. Ann. 1846 n. 66 p. 527.
Περπέρνας C. I. G. II, 3663, B. Dion. Cass. 41, 14.
Πέρφεκτος C. I. G. II, 3368.
Πεσκέννιος C. I. G. II, 3669. Dion. Cass. 73, 13.
Πομπαίδίος [Πομπήδιον ed. Bekkeri in bibl. Teubn.] Flav. Ios. Antiqq. Iud. 19, 1, 5. Diodor. 37, 2, 6.
Πομπήϊος, vid. Plut. Pomp.
Πομπίλιος Lyd. de Mens. I, 16, p. 8.
Πομπουσιανός Dion. Cass. 67, 12.
Πομπτιες = Pomptius in tit. Osco, cf. Mommsen. de diall. 193.
Πονπώνιος C. I. G. II, 1821[c], p. 984.
Πορκία C. I. G. II, 2007[c], p. 993. Plut. Brut. 13.
Πόρκιος C. I. G. II, 3162. Plut. Cat. Mai. 1.
Πόρκος Plut. Popl. 11.
Πορσίνα ibid. 16.

* 'Εν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς (sc. Ἄγκος) ἐντειχίσας, ἣν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὤστιαν ὠνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν θύραν: quae verba evincunt Dionysii temporibus 'ōstium' a Romanis dici solitum.

Ποστόυμιος Dion. Cass. 50, 13.
Πόστουμος Lyd. de Mag. I, 23, p. 138.
Πραινέστε Dion. Cass. 48, 10. Πραινεστός Plut. Mar. 46.
Πρίβερνον Strab. V, 3, 10, -ος Steph. Byz. 534.

R.

ῥεγενδάριος, Lyd. de Mag. III, 4, p. 198; 21, p. 215.

Ῥῆκτος, Dion. Cass. 57, 10. Videtur hoc eodem censu habendum esse atque ea quae Gell. IX, 6 proposuit exempla prosodiae mutatae in part. pass.

Ῥεστίων, App. bell. civ. IV, 43.

Ῥεστούτη, Dosith. p. 12. ed. Boecking.; cf. RESTVTA ap. Momms. I. R. N. 3446; 5505. 5655.

Ῥώσκιος, Plut. Cic. 5. Crass. 32.

S.

Σάλερνον, Strab. V, 4, 13.

Σεμπρώνιος, C. I. G. II, 2509. Plut. Quaestt. Rom. 14, p. 267 C.

Σέπτα, Dion. Cass. 53, 23. [Σέπτα scripturae inest indicium *ae* diphthongi, qua *saeptum* scribendum, sicut Πέλιγνοι exaratum pro Παίλιγνοι i. e. *Paeligni*, vid. Fleckeiseni titulos L, pag. 24.]

Σερβάτου, C. I. G. II, 3378.

Σερβίλιος, C. I. G. II, 2187. Polyb. III, 86. [Σερουίλιος Hultsch.]

Σέρβιος Plut. Aemil. Paull. 30.

σέρβος Lyd. de Mag. I, 11, p. 129.

Σεργία C. I. G. II, 3786.

Σεργιανός C. I. G. II, 3756.

Σερτώριος Plut. Sertor.

Σήστιος Plut. Cic. 26. Brut. 4.

σολέμνιον, Suid. s. v.

Σωρνάτιος Plut. Lucull. 17.

σπόρτουλα, Lyd. de Mag. III, 59, p. 253. Suid. s. v.

Στερτίνιος C. I. G. II, 2003. Plut. Flamin. 12. Diod. 12, 27, 1.

T.

ταβερνάριος, Lyd. de Mag. I, 40, p. 152.
ταβερνεῖα, Suid. s. v.
τέμπλα, Suid. s. v.
τεμποράλιος Lyd. de Mag. II, 15, p. 180.
τερμινάλιος Plut. Quaestt. Rom. 15, p. 267 C.
τέρμινος ibid.
Τερτύλλα C. I. G. II, 3001.
Τερτυλλιανός, C. I. G. II, 3042.
Τρίκοστος Diodor. 12, 4, 1.
Τορκούατος C. I. G. I, 369. [vel Τορκουᾶτος] Appian. de bell. Mithr. 95.

V.

Οὐερβανός Polyb. XXXIV, 18. Strab. IV, 6, 12.
Βεργιλία [Οὐεργιλία] Plut. Coriol. 33.
Οὐεργίλιος Plut. Cic. 32.
Βεργίνιος Plut. Sull. 10, al. Lyd. de mag. I, 34, p. 147.
βέρνα C. I. G. II, 3095.
βέρνακλος Lyd. de Mens. IV, 25, p. 65.
Οὐεσπασιανός, C. I. G. I, 1163, II, 3173 A. alib.
βεστιάριον (vestiarium) Suid. s. v.
Οὐηστῖνος Strab. V, 3, 1 al.; Appian. bell. civ. I, 39. [ΟΥΗϹΤΙΝΩΙ C. I. G. III, 5900.] [Οὐεστίνων Polyb. II, 24 H. corrigendum est.]
βηξίλλα Lyd. de Mag. I, 8, p. 127.
βηξιλλάριοι ibid. 46, p. 157.
βηξιλλατίωνες ibid.
Βολκάτιος [vel Θολκάτιος] Appian. de reb. Illyric. 27.
Οὐολσανῖται Diodor. 14, 109 extr.
Οὐολσίνιοι Strab. V, 2, 9.
Οὐόλσων Diodor. XI, 63, [1, ubi nunc a Lud. Dindorfio editum Οὐάσων].
Οὐόλσκοι Diodor. XIV, 11, 6.
Οὐόλτουρνος Dion. Cass. 48, 46. Οὔλθυρνος Polyb. III, 92.

II.

Die Participia Praesentis.*

Plutarch bot mir Quaestt. orthoepicc. latt. p. 8. sqq. [s. vorh. S. 4, § 2] durch πότηνc Num. 9 und caπίηνc Tib. Gracch. 8 unbestreitbare Gewähr für die Naturlänge des *e* im Part. Praes. Im weitern Verfolg der Untersuchung ist die Zahl der Belege um zwei eben so vortreffliche gewachsen, nämlich KPHCKHNC Fabrett. p. 666, 523 (vgl. Ztschr. f. Alterth. Wiss. 1851, S. 411) [C. I. G. III, 6012^{c}] und ΠΡΟΥΔΗΝC Grut. p. 388, 4. [C. I. G. III, 5754]. Wenn hieraus die natürliche Länge des *e* mit Nothwendigkeit erkannt werden muss, so ist sofort einleuchtend, dass der betreffende Apex auf CLÉMÉNS v. Lips. de rect. pronunc. 19. p. 56, [CLÉMÉNS C. I. L II, 4550], DÉFICIÉNS Momms. I. R. N. 3629, DIFIDÉNS, doLÉNS Marini Iscr. Alb. p. 137 (Fabrett. p. 168 sqq. Orelli p. 349 sqq.), VENIÉNS Boissieu Inscrr. de Lyon p. 136, (Grut. p. 502) in der ursprünglichen Quantität des Vocals seinen guten Grund hat**, nicht aber an eine Positionslänge zu appelliren ist, wie dieses Ritter Ell. Gramm. lat. p. 92 mit Vernachlässigung von Gellius lib. VII, 15 Hertz (VI, 15 Gron.) bei NÓTÉSCERET fälschlich gethan hat.

Nach dieser vollkommen regelrechten Anwendung des Apex auf den Endungen obiger Beispiele, wird man an der Richtigkeit seines Gebrauches auf RECVBÁNS Grut. p. 823, 2,

---

* [Aus dem Rhein. Mus. X, (1856) 110.]

** Dieser Schluss beruht auf der zwar bis jetzt nicht bewiesenen, aber demnächst an einem andern Orte zu beweisenden Gewissheit, dass die fälschlich sogenannten Accente, richtig Apices, auf lateinischen Inschriften nie und nirgend etwas anderes bedeuten und bedeuten sollten, als Naturlänge des Vokals. [Vgl. Rh. M. XIV, (1859) 315.] F. R.

[Marini Arv. p. 713, 68]* nicht zweifeln, wie denn ausser dem langen *a* des Infinitivus schon die enge Bildungsverwandtschaft sämmtlicher Partt. Praes. auf die Länge des *a* mit Nothwendigkeit hinweist. Leicht wird man daher geneigt sein, Bezugnahme auf natürliche Vokallängen zu finden bei Valerius Probus Institt. Gramm. p. 1418 P [IV p. 245 K]: *Participia omnium verborum quatuor formulis syllabarum ultimarum explicantur natura diversis. Prima est, quae praesenti tempore duplex invenitur. Aut enim ans syllaba producta finitur, ut Ardet amans Dido, aut ens eadem quoque producta, ut Bella movens;* und bei Servius de ult. syll. p. 1805 P: *Omnium participiorum nominativus singularis brevis est, ut lecturus, excepto participio praesentis temporis, ut amans ... Accusativus et vocativus singulares breves esse constat, ut lecturum, lecture; praeter participium praesentis temporis in vocativo tantum, ut docens.*

Aehnlich liesse sich wenigstens, auch wenn jene ausdrücklichen Zeugnisse des Plutarch und der Inschriften fehlten, die Naturlänge des Endungsvocals im Part. Praes. aus der Combination folgender zwei Stellen des Priscian ohne Künstelei vermuthen. S. 471 Kr. [III p. 450 K] heisst es nämlich: *Prima igitur coniugatio est cuius persona prima in o desinens mutat eam in as productam et facit secundam personam, ut amo amas. Secunda vero coniugatio est quae eo primae personae in es productam convertit in secunda persona;* und S. 478 [p. 456 K]: *Omne participium praesentis quidem temporis in ns desinit et in prima quidem et secunda coniugatione interposita n secundae personae praesentis indicativi modi ut amas amans doces docens. In tertia vero et in quarta a prima persona fit conversa o in ens, ut lego legens audio audiens.*

* [Diese stadtrömische Inschrift befindet sich, wie mir Hr. Prof. Henzen aus Rom mitzutheilen die Güte hatte, im Pal. Barberini, wo sie von Hrn. Dr. Bormann wiedergefunden und für das C. I. L copirt wurde.]

2) Scholl. ad Dionysii Thracis l. l. p. 810: Φωνητικὰ ὄργανα τρία, ἡ γλῶσσα, οἱ ὀδόντες, τὰ χείλη. Τοῖς μὲν οὖν ἄκροις χείλεσι πιλουμένοις ἐκφωνεῖται [τὸ π̄], ὥστε σχεδὸν μηδὲ ὀλίγον τι πνεῦμα παρεκβαίνειν· ἀνοιγομένων δὲ τῶν χειλέων πάνυ, καὶ πνεύματος πολλοῦ ἐξιόντος, ἐκφωνεῖται τὸ φ̄· τὸ δὲ β̄, ἐκφωνούμενον ὁμοίως τοῖς ἄκροις τῶν χειλέων .... οὔτε πάνυ ἀνοίγει τὰ χείλη ὡς τὸ φ̄....

3) Ibidem p. 811: πολλάκις εἰς τὸν τόπον τοῦ π̄ τὸ φ̄ τίθεται, ὅταν ἐπιφερομένης λέξεως δασυνομένης μὴ τολμᾷ τὸ ψιλὸν ὑποστῆναι τὴν τοῦ δασέος ἐπιφοράν· κατ' οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ ¯ τοῦ φ̄, εἰ μὴ ὅτι μετὰ πολλοῦ πνεύματος ἐκφωνεῖται.

Ex his omnibus testimoniis luce clarius adparet, φ litteram Graecorum non simplicem *f* litterae Germanicae sonum habuisse h. e. non pro simplici quadam 'Spiranti', habendam esse, sed ita pronuntiatam fuisse, ut priore loco 'labialis' quidam sonus h. e. π littera tenuis, deinde spiritus asper clare audiretur.

Quae ipsa pronuntiatio apte poterit hoc modo repraesentari: π' vel π*h*. Cf. Curt. l. l. p. 11, Grassmannus apud Kuhnium XII, p. 84 sqq.

CAPVT IV.

Tenuem autem π litteram in pronuntianda φ aspirata antiquis temporibus auditam esse — nam de 'spiritus' ἐκφωνήσει secundum illa quae supra exhibita sunt testimonia nulla iam potest esse dubitatio — item manifestum est duplici quodam genere exemplorum, quorum altera, quae sub α) littera infra posuimus, exhibent tenuem π litteram nude simpliciterque positam, ubi aspiratae consonantis usus exspectatur; altera exempla, quae sub β) littera enumerata sunt, inverso ordine φ aspiratae usum monstrant, ubi pro volgari loquendi scribendique consuetudine π littera usurpanda erat

sola.* At qui tandem fieri potuisset, ut π pro φ, φ pro π littera scriptitaretur, nisi in pronuntianda φ aspirata tenuis π litterae sonus prolatus fuisset? Exempla huius generis, quae facili negotio et hic et infra ubi de χ et θ aspiratis agam poterunt conduplicari haec proponere libet:

α) π pro φ scripta:

[Α]μπιϲϲєιϲ C. I. G. I, 1707. (ibid. legitur Αμφιϲϲєιϲ!)
Απθιτοϲ C. I. G. I, 1 (cf. Curt. Etymol. Gr. II, p. 13 [ed. 4, p. 419.])
Ξєνοπλοϲ h. e. Ξєνόφιλοϲ I, 203.
Πθєγγομєνοϲ I, 1212.
Πιλιππη III, 6602.
Πιλιππ[οϲ] III, 5611.
Πωϲφοροϲ I, 284.

β) φ pro π scripta:

Αφιαϲ h. e. Ἀππίαϲ II, 2720.
Απφιαϲ II, 2590, 2782, 2835.
Αφφιανον I, 427, II, 6513.
Єφιορκєοιμι I, 1688; cf. Curt. Etym. Gr. II, p. 96 u. 97 [ed. 4, p. 1506.]
Ο]φφιανοϲ I, 286.
Ο[φ]φικιανου I, 897.
Ϲολφικιοϲ II, 2416.
Υφ. ηєλιῳ III, 6288.
Φιττάκοϲ Mionn. Suppl. VI, p. 64, 28.

Π igitur litterae sonus quoniam in pronuntianda φ aspirata tam clare audiebatur, in antiquioribus titulis Atticis sponte intellegitur pro πϲ sive pro ψ percommode potuisse scribi φϲ, velut

Πυ]ανοφϲιονο[ϲ I, 71.

* Hae alterae scripturae, in quibus abundat plane aspiratio, itemque aliae suapte natura affines, in quibus χ pro κ, θ pro τ invenitur, quales infra adponam, nec cum eis vocabulis quidquam commune habent quae a Carolo Keilio Schedd. epigrr. p. 6 sq. diligenter adnotata 'tritam et veterum et recentiorum Grammaticorum observationem' 'Atticos homines δαϲυντάϲ fuisse' confirmant, nec cum eis, quae idem scriptor ibid. p. 10 sqq. ex inscriptionibus 'aspirationis insolentioris in reliquis praeter Atticam dialectis usurpatae exempla' addidit. Quam differentiam semel brevi. terque notavisse sufficiet.

CAPVT V.

De χ litterae pronuntiatione haec leguntur

1) apud Dionys. Halic. l. l.: τρία δὲ τὰ λοιπὰ τῶν ἀφώνων λέγεται μὲν, τῆς γλώττης ἀνισταμένης κατὰ τὸν οὐρανὸν ἐγγὺς τῆς φάρυγγος, καὶ τῆς ἀρτηρίας ὑπηχούσης τῷ πνεύματι τὸ κ καὶ τὸ χ καὶ τὸ γ, οὐδενὶ ταῦτα διαφέροντα τῷ σχήματι ἀλλήλων, πλὴν ὅτι τὸ μὲν κ ψιλῶς λέγεται, τὸ δὲ χ δασέως, τὸ δὲ γ μετρίως καὶ μεταξὺ τούτων.

2) In scholl. ad. Dionys. Thrac. p. 810: Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γ̄ μέσον ἐστὶ τοῦ κ̄ καὶ χ̄, διότι καὶ αὐτὸ περὶ τὸν αὐτὸν (τόπον) ἐκείνοις, ὧν ἐστὶ μέσον, ἐκφωνεῖται· τὸ μὲν κ̄, τῆς γλώσσης [ἐν] τῇ ἐκφωνήσει προσπιλουμένης τῷ οὐρανίσκῳ, καὶ κυρτουμένης, καὶ μὴ συγχωρούσης σχεδὸν μηδ' ὅλως τὸ τυχὸν πνεῦμα ἐξελθεῖν, ἐκφωνεῖται· τὸ δὲ χ̄ τῇ αὐτῇ ἐκφωνήσει, τῆς γλώττης μὴ προσπιλουμένης μηδ' ὅλως συναπτομένης τῷ οὐρανίσκῳ, ἀλλὰ συγχωρούσης πολὺ πνεῦμα ἐξελθεῖν, ἐκφωνεῖται· ὁμοίως τῇ αὐτῇ ἐκφωνήσει τῆς γλώττης τὸ γ̄ ἐκφωνεῖται ... μήτε πολὺ ἀνοιγομένης ὡς ἐπὶ τοῦ χ̄.

Ex hac descriptione necessario conligendum est, in χ litterae pronuntiatione non simplicem illum sonum quem nosmet Germani in proferendis *ch* litteris auribus percipimus, sed 'gutturalem' quendam auditum esse sequente spiritu aspero. Hic ipse vero sonus 'gutturalis' nullus fuit alius nisi κ tenuis (cf. Curt. l. l. p. 11 [ed. 4, p. 417] Grassmannus l. l. p. 84 sq.): quod plane evincitur duplici exemplorum numero, quorum altera eius modi sunt, ut soli κ litterae vices gerendae sint χ aspiratae; altera ita comparata, ut χ aspirata adposita visa sit, quae tenuis κ litterae sonum possit repraesentare.

α) κ pro χ scripta velut in his:

Αριсταρκου III, 4458 = intra a. u. c. 564—578 = 186—176 a. Chr.
Αρκαθιαс I, 964.
Αρκ[ηс] I, 1253.
Αρκιππαс I, 1209.
Αρκοντεссι II, 2167.
Βακκικοс IV, 7049.
Δαδουκοс I, 187.
Δαιλοκω III, 5828.
Δημαρκικηс III, 4380 = p. Chr. 137.
Δημαρκικηс III, 4240.
Διευκου II, 3101.

Єινεκ᾽ ομοφροϲυν[η]ϲ III, 6223.
Єκθρων III, 4710.
Єκθρ[ω]ϲ III, 6257.
Єκειονοϲ (᾽Єχίονοϲ) III, 6126.
Єνοκοϲ III, 4380.
ЄΞακιϲκιλια et Τετρακιϲχιλια! III, 5641.
Єπ]αρκιαιϲ et Αρχιπρε[ϲβευτην]! III, 4347.
Єϲκατιωτ[ηϲ] et Єϲχατιωτηϲ! II, 2238.
Єϲκατω II, 1840.
Єυτυκι = εὐτύχει IV, 7342.
Єυτικιοϲ I, 292.
Єυτυκοϲ III, 4716 d, 13, p. 1194.
Θεοκαριϲ I, 1513.
Καιρε II, 1820, 2206, III, 5707, 6387, 6456.
Καλλικαριοϲ I, 1577.
Καλλικορου III, 5903.
Καρακοϲ I, 1249.
Καριν I, 1337, II, 2090, III, 3827, 6459, 6743, IV, 9846.
Καρινοϲ I, 169.
Καριϲανδροϲ I, 1574.
Καρμηϲ III, 6799.
Καροπινου I, 1604.
Κατακθονιοϲ et Καταχθονιο[ι]ϲ! I, 916.
Κατακτονιοιϲ III, 4230.
Κατερον II, 2722.
Κειουϲ = Χίουϲ II, 2222.
Κιρων = Χειρων IV, 7400.
Κοιριδι[ον vel α] et Χοιρον compluriens! I, 1464.
Κοραγιαν Ahrens. de. diall. I, p. 43.
Κορηγιωνοϲ II, 2131.
Κρεα = χρεα II, 2695 b.
Κρηματιζω III, 4680.
Κρ[ηματων] III, 4355.
Κρονον III, 6418.
Κωριω Rossii Inscrr. Christt. Vrb. Rom. 402 (= med. saec. IV.).
Λυϲιμακου Mionn. I, 444.
Μακα = μάχᾳ III, 5984.
Νεαρκου et Νεαρχο[υ]! III, 4366 w, p. 182.
Νικομακοϲ I, 977.
Ουκ ο θανων III, 6298.
Παραϲκοντα II, 2271.
Πυρρικηϲ II, 3089.
Συνκωρηϲιν III, 3915.
Cωκαρο = Cωχάρουϲ I, 676.
Τυκη = Τύχη III, 6652.
Τ[υμ]βωρυκιαϲ II, 2688.
Υπαρκοιϲαϲ Ahrens. I, p. 43.
Φιλοκαρεινου I, 1240.
Ψικη = ψυχῇ III, 6459.
PSYCRON HYDOR III, 6717. Cet.

β) χ pro κ scripta velut in his:

Αλωπεχηθεν II, 2293.
Αρποχρατει II, 2297, 2302.
Αρποχρ[α]τιων et Αρποχρατιωνι III, 4928 b.
Αρχεϲιλαϲ et Αρκεϲιλαϲ! I, 165.
Αχαμαντα II, 2554.
Βαχχου IV, 8625 = p. Chr. 105.
Δορχων III, 4716 d, 50, p. 1190.
Єιχοϲι III, 4155.
Єνεγχων III, 5923.

Ετεχεν I, 1041.
Ευρυcιχη = Ευρυδίκη III, 6696.
Ευχαρπιδου I, 196 b.
Εχ = ἐκ II, 2241.
Ηραχλειωτᾳ I, 1772.
Ηχω = ἥκω III, 4798.
Ηχον = ἧκον III, 4836 h, p. 1216.
Ιαχχος III, 6303.
Ιεραχος III, 4303 i.
Κατεχτανεν III, 4377.
Κορχυρε[αν] II, 1838.
Λυχου II, 2251.
Μαρχιος I, 194 bis.
Μαρχου I, 1370, II, 2078, 2519.
Μ]αρχω II, 2090.
Μητροχωμιας et Μητροκωμιᾳ! III, 4551 = aetat. Imperatoris M. Aurelii.
Ο]ιολυχου II, 1936.
Ορχιcτηc Rossi, I. Chr. 1024 = a. 530.
Ουχ εθος = οὐκ ἔθος C. I. G. III, 6092.
Παcιχ[λε]ια I, 1441.
Πρειcχος II, 3664.
Ρουcτιχω II, 1954.
Αργυρικας και cιτιχας προcοδους ... cιτικας! III, 4697.
Cαυριcχου IV, 6868.
Τεχνοιc III, 3902 h.
Τεχνω = τέκνῳ III, 4366 q, 6463.
Φαχελου[c] III, 4553.
Φαλαχρου II, 1936.
Φιλονιχος I, 165.
Φιλοτεχνον II, 2786.
Φοcχος III, 5262.
Χ(αι) = καί III, 3989 l.
Χαλλιφωντος I, 214.
Χαλινικη IV, 6954.
Χαλχηδονιοιc II, 1936.
Χαφιcοδωρω I, 1574.
Χεccιωναριος II, 2941.
Χλεινον III, 4377.
Χονιc I, 1034.
Χουνα[γ]ος II, 2070.
Χουφιcμος III, 4000.
Χριc[π]ου II, 2052.

Nulla igitur dubitatio esse potest, quin plenus χ litterae sonus aequaverit κ tenuem subsequente spiritu aspero h. e κ' sive κ*h*. Accedit quod ne hodie quidem in recentiorum Graecorum lingua volgari eiusdem pronuntiationis desunt documenta, velut illa quae, ut Curtius Etym. II, 12 [ed. 4, p. 417 sq.] ex Mullachio refert, in Rhodiorum dialecto etiam nunc dici solent: ἔκω, cτοκάζομαι, τεκνίτηc. [Huc ascribenda videntur verba Valerii Probi, ex quibus '*chi*' litteram Graecam apparet eodem sono fuisse cum '*ci*' syllaba Latina: v. Gram. Lat. tom. IV, p. 215, 35 K: *item monosyllaba anima carentia, quae* χ *littera terminantur (sc. sunt generis feminini), ut calx crux fax falx faex lux nux pax vox, quae observata ultimae litterae parte Graeco ritu genetivo casu procedunt.* x *enim in chi litteram*

Graecam vertent, ut genetivum faciant, quae videlicet servans originem priscae nativitatis, eo quod ex Graecis litteris Latinis adiuncta sit et quod c et s Latinis constet. capit ergo ex Graecis chi, de Latinis c s et exprimit genetivum, ut calcis crucis falcis faecis et cetera. haec ergo causa est, cur in cis et non in xis cadunt, ut faciant calxis cruxis faxis.]

CAPVT VI.

Quoniam autem eam quam modo descripsimus fuisse constat apud antiquos χ litterae pronuntiationem, singularia quaedam, quae infra subnexui, facilem habent explicatum. Etenim

a) nullo negotio nunc dispicimus, quid caussae subsit, cur in antiquioribus titulis Atticis possit pro κc sive pro ξ scribi χc velut, ut paucula quaedam exhibeam,

Αλεχcιαc I, 165.	Εδοχcεν I, 76.
Αλεχcιμαχοc I, 165.	Εχcεναι (ἐξεῖναι) I, 75.
Ε[ν]δειχcαι I, 75.	Τοχcοτ I, 73, 80, 165.

b) Consimili quadam ratiocinatione perspicuum est, qu[illegible] causa effectum sit, ut in -ιχοc vel -ιχιοc suffixis, qua[illegible] in Boeotorum dialecto adiectivis peculiaria sunt, vel[illegible]

Α]γρυκιχιοc I, 1574.	Μελαντιχω I, 1574.
Αθανιχοc I, 1562.	Μελαντιχιοc I, 1577.
Αμφαριχοc I, 1673.	Μελαντιχου I, 1590.
Αcωπιχω I, 1575.	Μυριχοc I, 1579.
Εγειριχα I, 1672.	Ομολωιχου I, 1590.
Θειβιχοc I, 1577.	Cωcιχαν I, 1608.
Θερcανδριχω I, 1593.	Cωcιχοc I, 1590 cet. cf. C. I. G. I, p. 725 sqq. et Ahrensii de diall. I, p. 172.
Καβιριχοc I, 1584.	
Καραιχω I, 1573, 1575.	

pro aspirata χ littera inveniatur scripta κ tenuis, velut Αρηικω 1575.* Ερμαικω una cum Θερcανδριχω! I, 1593

* [K. Keilius in Fleckeiseni Ann. philol. tom. IV., Supplement. p. 554 pro Αρηικω proposuit 'Αρ[ν]ί[χ]ω, sed ipse adiciens: *Ebd. ist für* Αρνίχω *nicht zu bürgen, allein auch* 'Αρηίχω *oder* 'Αρειίχω (*S. I. B. S.* 41) *hat Bedenken.*]

c) Simile quiddam permutationis accidit in Atheniensibus quibusdam titulis, in quibus exstat et Ολυμπιχοϲ I, 168 b. 210, 786 et Ολυπικοϲ 284. Nec differt in hoc genere Αχαιχοϲ Messeniacae inscriptionis I, 1296.

d) Item ex ea quam supra descripsimus χ litterae pronuntiatione permultorum vocabulorum varietates explicari possunt, quales hae:
ἀτρεκέϲ et ἀτρεχέϲ, βρυκετόϲ vel βρυκηθμόϲ et βρυχηθμόϲ, δέκεϲθαι et δέχεϲθαι, κιτών et χιτών, κύτρα et χύτρα cet., cf. Ahrensii de diall. II, p. 82, 83, Lobeckii Patholog. p. 341—344, Grassmannus l. l. p. 103 sqq.

CAPVT VII.

De θ aspiratae pronuntiatione haec traduntur

1. apud Dionys. Halic. l. l.: τρία δὲ ἄλλα λέγεται, τῆϲ ·ώϲϲηϲ ἄκρῳ τῷ ϲτόματι προϲερειδομένηϲ κατὰ τοὺϲ μετεωτέρουϲ ὀδόνταϲ, ἔπειθ' ὑπὸ τοῦ πνεύματοϲ ὑποῤῥαπιζομένηϲ, ι τὴν διέξοδον αὐτῷ περὶ τοὺϲ ὀδόνταϲ ἀποδιδούϲηϲ, τὸ τ · τὸ θ καὶ τὸ δ. διαλλάττει δὲ καὶ ταῦτα δαϲύτητι καὶ ψι-ːητι...

2. In scholl. ad. Dionys. Thrac. p. 811: Ὁμοίωϲ δὲ καὶ δ̄ μέϲον ἐϲτὶ τοῦ θ̄ καὶ τοῦ τ̄...... τὸ γὰρ τ̄, τῆϲ ἄκραϲ γλώττηϲ προϲπιλουμένηϲ τοῖϲ ὀδοῦϲι, καὶ μὴ ϲυγχωρούϲηϲ δὸν μηδὲ τὸ τυχὸν πνεῦμα ἐξελθεῖν, ἐκφωνεῖται· τὸ δὲ θ̄, ›χωρούϲηϲ τῆϲ γλώϲϲηϲ τῶν ὀδόντων, καὶ παρεχούϲηϲ ἔξ-›ν τῷ πολλῷ πνεύματι, ἐκφωνεῖται......

Facile ex his cognoscitur breviterque monendum, in ›renda θ littera priore loco 'dentalis' cuiusdam litterae som, altero spiritum asperum auditum fuisse. Eum vero son eundem fuisse atque τ tenuis litterae aspirataeque θ sonum ːem fuisse τ' sive τh (cf. Curt. l. l. p. 12 [ed. 4. p. 418], Grass-nnus l. l. 102 sqq.), id suam rursus habet confirmationem ex plici scripturarum serie, quarum sub α) alterae τ tenuem ·eram scriptam praebent pro θ, sub β) alterae contrario

modo θ exhibent aspiratam, quae repraesentando **tenuis** τ litterae sono inserviat:

α) τ pro θ scripta velut:

Αγατη = ἀγαθῇ III, 6145.
Αγατημερις II, 2038.
Αντηρος = Ανθηρός IV, 7151.
Αντιφορον = Ανθηφόρον II, 2822.
Απελευτερος III, 5934.
Απελευτερους III, 4148.
Αφηρωιστηϲεται II, 2845.
Ενταδε II, 1988 b C, III, 5398. 5866, 6237, 6322, 6447, 6652.
Ε[π]εϲχετε = ἐπέϲχεθε II, 3973.
Επιταψαι III, 4366 m.
Εριϲτενηϲ III, 5642.
Ευτυμια I, 708.
Ευτυμιϲ II, 1981.
Καικλυτι = Κέκλυθι I, 511.
Κατακτονιοϲ III, 4230.
Κατατεϲθαι II, 2015.
Ξαντιππη III, 6784.
Ποτ' ὑπ' Εὐρυϲθειοϲ III, 5984.
Προκατιϲε I, 1539 (cf. Ahrensii I, 231).
Πυτιον I, 1539.
Πυτιου I, 1534 ('ex dialecto Arcadum' Boeckh).
Ταλερε = θαλερή III, 6762.
Τελετων = τελέθων III, 6012.
Τεον = θεόν III, 3993.
† Τηκη = θήκη IV, 9212.
Τιγατρι = θυγατρί III, 6384.
Τίριοϲ, θέρεοϲ· Κρῆτεϲ Hesich. (cf. Ahr. II, 83). Cet.

β) θ pro τ scripta velut:

Αθαναθοϲ III, 6793.
Αθαναθων III, 6309.
Αν[ε]ϲθηϲαμεν III, 3989 d.
Ανθιλοχοϲ, IV, 7691.
Ανθρα III, 5814.
Εξεϲθω II, 1845.
Ευθυχει IV, 6931.
Θαφῳ III, p. 1070, 3846 i.
Θειμοθεοϲ III, 4366 f.
Θηνω II, 2554, v. 163.
Θυγαθερ III, 6278.
Θυχη et Τυχαιον! II, 2024.
Κριθων III, 5424.
Μελιθωνι III, 5839.
Τερθολλα, II, 2241.

Praeterea memorabilis fortasse videtur hic qui infra positus est titulus Muratorianus p. 798, 5 Latine conceptus sed Graecis litteris satis mirabiliter conscriptus fere totus, mihi compluribus de causis valde suspectus, quamvis nitatur auctoritate Annibalis Olivierii, hominis qui inter epigraphicos, quod sciam, fide dignus habetur:

ΑVΧЄΝΘΙω . ΡΗΙΛΙω . DΥΛΚΙϹϹΙΜω . Є Β
ΝЄ ΜЄRЄΘΙ . ΑϹΘΙΑΝΥϹ . ΝΑΘ . ΒΙΝDЄΛΙΚΥϹ
DЄΚΥRΙω . ϹΚΥΘΑΡΙΟRΥΜ . Є . ЄΥΔΟΚΙΑ . ΝΙΚЄ
ΠΑΡЄΝΘЄϹ ΙΝ ΠΑΚЄ . ΥΙΚϹΙΘ . ΑΝΝ . L(?) . Μ . Ι .

Haec igitur quam supra descripsimus pronuntiatio θ litterae cum communis fuerit, certa adesse nemo nescit documenta, quae apud Lacones aliosque eandem aspiratam ad recentiorum Graecorum morem cum sibilo prolatam esse arguunt. Cuius rei exempla haec sufficiant: ϲιόϲ = θεόϲ; Ϲηρίππου = Θηρίππου I, 1260. Ad eandem θ litterae pronuntiationem sibilo adfectam referendae sunt hae formae, Siculorum Doricorum ut videtur, apud Hesychium exstantes: διψᾴρα = διφθέρα, ψείρει = φθειρει, ψίϲιϲ = φθίϲιϲ, cf. Curtii Etym. Gr. II p. 322 [4. ed. p. 693].

Toti autem huic priori parti, quae est de Graecarum aspiratarum pronuntiatione, haec subnectere haud absonum duxi.

Quae ex Inscriptionibus Graecis congessi exempla Graecarum aspiratarum pronuntiationem inlustrantia, ea, id quod probe scio, nec sunt pari omnia vel fide epigraphica vel pondere et gravitate demonstrandi persuadendique nec possunt sat magno numero non augeri: immo non nulla vel leviore auctoritate nituntur vel ab aliis quibusdam causis, velut a dialectorum more et consuetudine alium fortasse habent et ortum et explicatum, atque ex ipsis Inscriptionibus, nedum ex Grammaticorum Glossographorumque libris permulta alia quae huc faciant adici possunt. Tantum concedi ab unoquoque harum rerum perito confido, etiam remotis quae ad rem mihi propositam non valeant exemplis omnibus, satis superque documentorum relinqui, quibus quod volui demonstretur: in φ, χ, θ aspiratarum Graecarum plena et perfecta pronuntiatione et π, κ, τ tenues sonos suo quemque loco prolatos et spiritum asperum auditum esse. Quod autem non omnia exhausi, Varronis illa voce, quae est de L. L. VII, 7 Sp., quantum hic fieri potest, me tueor: 'Nemo reprehensus qui e segete ad spicilegium reliquit stipulam.' [V. Roscheri commentationem 'de aspiratione vulgari apud Graecos' in Curtii Stud. I b, p. 65 sqq; praeterea anonymi censuram illius commentationis Roscherianae in Fleckeiseni Annal. tom. 99 (a. 1869) p. 292 sqq., ad quam deinde respondit ibid. p. 659 sq. G. Curtius.]

PARS ALTERA
DE LATINIS ASPIRATIS

CAPVT I.

Aspiratas *ph*, *ch*, *th* litteras non semper a Romanis adhibitas sed posteriore quadam aetate e Graecarum litteratura in Romanam traductas esse constat. Quae res quibus rationibus temporumque terminis circumscripta sit, id cum permultarum rerum in historia linguae Latinae gravissimarum adcuratissima exploratione definivit Ritschelius. Is igitur de 'titulo Mummiano' commentans pag. V patefecit in 'ACHAIA' et 'TRIVMPHANS' [C.I.L.I,541] vocabulorum scripturis ibidem adparere omnium prima exempla epigraphica adhibitae a Romanis aspirationis. Verba Ritschelii, quae integra huc adscribere omnino attinet, haec sunt: 'Tertium (in quo ille (titulus Mummianus) recentioris usus exempla omnium antiquissima praebeat) in aspiratione consonantium cernitur, quae cum neglecta sit in CORINTO v. 3, omnium primum apparet in (ACHAIA v. 3 et) TRIVMPHANS v. 5. Antiquiora habes BACANALIA in senatus consulto [C. I. L. I, 196], ANTIOCO in sepulcro L. Scipionis L. Asiatici f. (556 Or.) [C.I.L.I,35], GRACVS in titulo s. s. (Goriano Inscr. Etr. II. p. 234) anni aut 577 aut 591: primum post Mummium aspirationis exemplum lex agraria [C. I. L. I, 200] offert in CORINTHIORVM, quanquam et ibidem CARTAGO legitur et huic proxima aetas additae *h* litterae exemplum nullum offert, omissae haec ANTRACIVS in Campana anni 646 apud Orellium 2487 [C. I. L. I, 565], BRACIO in lege repetundarum [C. I. L. I, 198, 52], CALCIDICVM in Campana anni 655 apud Gudium p. 73, 6 [C. I. L. I, 569]. Mixto ex aequa parte utroque genere non aspirata sunt anno 660 in lege pagi Herculanei [C.I.L.I,571] TEATRO DIOPANT.ANTIOCVS, aspirata AGATHOCLES EVPHEMIO PHILEM.: similique inconstantia DIPILVS anno 676 scribitur in Pompeiana s. s. (apud Guil. Gellium Pomp. I, p. 31) [C. I. L. I, 590], GRACCVS a. 678 vel 679 in Fanensi Or. n. 570 [C. I. L. I, 583 = u. c. 672/3], sed a. 681 PHILODAMVS in Fabrettiana I, 195 apud Muratorium p. 291, 3: item in lege Antonia [C. I. L. I, 204]

anni 682 promiscue THERMENSES atque TERMENSES et MITRIDATIS, circaque idem tempus PILARGVRVS in Grut. p. 334, 5 [C. I. L. I, 721]: sed constantius inde ab exeunte demum saeculo ELEVTHERVS PHILippo PHILODAMVS PAMPHILVS apud Fabr. I, 198 [C. I. L. I, 729], Orell. 2561 [C. I. L. I, 731], 2562 b [PILODAMVS, C. I. L. I, 733 = u. c. 701], Fabr. I, 199, ipsumque TRIVMPHAL. in Mariniana Arval. p. 643 *a* anni quidem 720.' Cum his coniungenda sunt quae idem Ritschelius de eadem re docuit Monument. epigr. tr. p. 27 haece: 'Vt paucis complectar, non aspiratum est, si a longe paucissimis recesseris usque ad annum 660: promiscue vel aspiratum vel non aspiratum ab anno 660 ad exitum saeculi: aspiratum constanter praeter rarissima (?) quaedam exempla ab exitu septimi saeculi. Olim collectis exemplis velut haec addere licet: primum ex anni 656 Capuensi [C. I. L. I, 570] carentia aspiratione PILOMVSVS PILEMO PILOTAER. NICEPOR. Deinde mediae post a. 660 aetatis haec praeter supra posita: circa a. 670 POPVLVS . EPHESIVS in C. I. Gr. n. 5881 b [C. I. L. I, 588], anni 662 ARCHELAOS in Athoa supra (p. 28 ib.) publicata [C. I. L. I, 578], anni 683 PILOTIMVS in Cardinalis Dipl. p. 121 n. 168 [C. I. L. I, 720], anni 696 ELEVTHERVS ib. 176 [C. I. L. I, 730], anni 698 PHIL*ippo* ib. 177 [C. I. L. I, 731], anni 700 TEOPROPV ib. 178 [C. I. L. I, 732]: sed praeter cetera in anni 695 ampliore inscriptione illa quam Avellinus Opusc. II, p. 295 [C. I. L. I, 602] vulgavit, mira varietate utrumque genus sic mixtum: APRODIS . PHILEMO . POTHVS . PHILOGEN . ANTIOC . TIASVS . PAMPHIL . ANTIOC . PHARNAS. Contra statim ab anno 701 PHILODAMVS [potius PILODAMVS v. supr.] habes in tessera Orelliana 2562 b, nisi haec potius anni 722 [701] est, anno 702 PHILEMO apud Card. n. 179 [C. I. L. I, 734, anno 708 PAMPHILVS ib. 182 [C. I. L. I, 736], anno 710 PHILOGEN ib. 183 [C. I. L. I, 738], et sic deinceps reliqua.' Huc adde quae Ritschelius scribit P. L. M. p. 79: 'Tabularum* *XCI. XCII* promiscua varietate illud potissimum volui luculentis exemplis perspici, quanta inconstantia circa confinia saeculi

* [Tabulae Ritschelianae collatae cum numeris inscriptionum C. I. L. I, p. 647 sqq.]

septimi et octavi fluctuatum sit in eis generibus duobus, quorum alterum ad aspirationem consonantium spectet, alterum in substituto pro V littera Latina Graeco Υ ψιλῷ versetur: e quibus illud paucis tetigi de lit. Mumm. p. V, utrumque tractavi Mon. epigr. tr. p. 26 sq. Itaque ARCITECTVS habes in *XCI*, *B*, NICEPORVS *XCII*, *D* et *I*: sociata ANTIOCIS et HESVCHIVM *XCII*, *A*, item APRODIS et ATHENAIS *XCII*, *B*, NICEPORVS et TRVPHERA *XCII F* et *G*: TRVPHERA *XCII*, *C*: aspirata PHILEMO DIPHILOS TELEMACHOS *XCI*, *C*, *G*, *H*; PHILOCLES *XCII*, *H*: HYMNINIS *XCI*, *E*: utroque genere ad recentiorem consuetudinem accommodato PHILARGYRO *XCI*, *D*. Quo adde e tab. *XCIII*. *A* PILEROS, e *B* OLOPANTVS una cum THVRARIE*is* et MALCHIO, e *C* PHILARGVRVS MALCHIO PHILEROS.' Ex horum omnium fide exemplorum a Ritschelio ibid. pag. 124 ita circumscribitur adcuratissime 'Aspiratio consonantium: nulla ante a. 650—660, fluctuans ad a. circiter 700, fere constans ab initio saeculi VIII.'

Quoniam ad Graecorum consuetudinem se adplicantes Romani aspiratis litteris usi sunt, vel hinc in universum quidem de earundem Latina pronuntiatione probabiliter potest conici. Sed satius erit rem Grammaticorum titulorumque testimoniis inlustrare. Ac primum quidem generalia quaedam de *ph*, *ch*, *th* aspiratis proferenda in medium videntur:

1. Priscianus, Graecorum doctrinam in his quoque secutus apertissime, I, p. 18 H scribit: *Aspiratio ante vocales omnes poni potest, post consonantes autem quattuor tantummodo more antiquo Graecorum: c t p r ut .... 'Chremes', 'Thraso' 'Philippus' 'Pyrrhus'. ideo autem extrinsecus ascribitur vocalibus, ut minimum sonet, consonantibus autem intrinsecus, ut plurimum.*

2. Apud eundem I, p. 20 leguntur haec: *Inter c sine aspiratione et cum aspiratione est g, inter t quoque et th est d et inter p et ph sive f est b. sunt igitur hae tres, hoc est b g d, mediae quae nec penitus carent aspiratione nec eam plenam possident: hoc autem ostendit etiam ipsius palati pulsus et linguae vel labrorum consimilis quidem in ternis, in p et ph vel f et b et rursus in c et ch et g, similiter in t et th et d. sed in levibus exterior fit pulsus, in asperis interior .....*

———

CAPVT II.

Praemissis his testimoniis e quibus spiritum auditum eumque ex 'interiore' parte oris prolatum esse patet, sponte transitus factus est ad definiendam uniuscuiusque trium illarum aspiratarum pronuntiationem. Ac primum quidem de *ph* aspirata dicendum, in cuius pronuntiatione tres discernendi sunt gradus sive modi.

1) Ab antiquissimis enim temporibus usque ad Ciceronis fere aetatem, cum *ph* litterae omnino non scriberentur, pro Graecorum φ littera solius *p* consonantis sonus audiebatur. Quod evincitur cum epigraphicis illis priscae Latinitatis exemplis quae supra secundum Ritschelium exhibui tum his testimoniis

a) Ciceronis Orator. c. 48, 160: *Quin ego ipse, cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam, nisi in vocali, aspiratione uterentur, loquebar sic, ut 'pulcros', 'Cetegos', 'triumpos', 'Kartaginem' dicerem: aliquando, idque sero, convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. 'Orcivios' tamen, et 'Matones', 'Otones', 'Caepiones', 'sepulcra', 'coronas', 'lacrimas' dicimus, quia per aurium iudicium licet.*

b) Quinctilianus I, 5, 20 tradit: '*Diu deinde servatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in 'Graccis' et 'triumpis'.*

2) Sequitur alter gradus sive modus proferendi; nam etiam post receptam aspirandi consuetudinem tamen eiusmodi erat *ph* litterarum pronuntiatio, ut ante *h* spiritum *p* littera tenuis distincte efferretur, ne dicam praevaleret. Quod necessario concludendum est ex permultis titulorum Latinorum scripturis in quibus adparet aut *p* pro *ph* velut:

Aprodisia I. R. N. 2969.
Aprodisiae 4513.
Dapne 4963.
Diopantus 3559.
Diopanthus et Stephanionis, Typhus! 6867.
Epipania 716.
Epaproditus I. A. 395.
Ermaprodi I. R. N. 1005.
Eupraesiae 3004.
Glapira 3780. 4661.
Grypus, simul Phileros, Pamphilus al. 6833.
Lopus 2365 (cf. Lophus 2383g).

Nicepor et Niceporo 1685.
*nic*epor 3700 bis.
Nicepor 3662, ibidem Philargur.
Nicepori 3783.
Niceporis 4823.
Numpe 5197.
Ompale 3456.
Pampila 5587.
Parnaces 3791.
Pilumina 3783.
Posphorus 173.
Pyllis 4663.
Scaripus (σκάριφος) 5324.
Scapidi (σκαφίδι) 2345.
Sisipus 4472.
Sope 5279.
Spodriae 855.
Syntropus 2559 I. A. 3070.
Theopilo I. R. N. 666.
Teopi.... 4217.
Tiopilae I. A. 877.
Tropime I. R. N. 6640.
Tryperae 5431.

aut *ph* pro *p* velut:

Agatophus I. R. N. 6769 VI bis = p. Chr. 70.
Apphiadis 604.
Arphocras 460.
Olumphia 6410.
Popphaedi 6306, 123.
Phyrallinie 3827, cf. Pyrrallidi 803. Cet.

3) Tertius *ph* aspiratae modus est eo insignis, quod, cum antea *p* littera paene praevaleret *h* litterae sono, postea *h* ipsa adeo praeponderabat, ut, sublata omni *p* litterae vi et pronuntiatione, tantummodo spiritus quidam efferretur, sive, aliis verbis si volumus uti, ut inter *ph* et *f* litteras Ciceronis quidem aetate curiose distinctas, id quod constat Quinctiliani testimonio, quo auctore I, 4, 14 traditur 'pro Fundanio Cicero testem, qui primam litteram dicere non posset' inrisisse, nulla enuntiandi scribendique differentia interesset. *F* autem 'spirantis' litterae peculiaris sonus non idem fuit atque Germanorum *f* litterae sed, ut cum Quinctiliano Terentioque Scauro loquar, 'flatus' ex interiore gutturis parte 'inter discrimina dentium efflandus', cf. Corsseni I, p. 63 sqq. [I², p. 135]. Ac re vera inter *f* et *ph* litterarum sonos posterioribus linguae Latinae temporibus nihil interfuisse, id certo intellegitur ex Capri et Diomedis quibusdam regulis. Ille enim praescribit pag. 2240: *Graeca nomina ut Phryne, Phalanx, Phronimus, Phalerae per p et h scribenda sunt: Latina ut Fallere et Facile per f scribenda sunt.* Consimiliter Diomedes p. 423 et p. 424 K: *Et hoc scire debemus quod f littera tum scribitur, cum*

Latina dictio scribitur, ut felix. nam si peregrina fuerit, p et h scribimus, ut Phoebus Phaethon.....pro hac (f) in Graecis dumtaxat nominibus p et h utimur, ut Phaethon. Sed ne haec quidem differentia inter Latinorum et Graecorum orthographiam vocabulorum Diomede et Capro auctoribus observanda in titulis adparet. Vt eo magis inter *f* et *ph* sonos posterioribus linguae Latinae temporibus nil discriminis fuisse eluceat. Ex ingenti exemplorum multitudine libet proferre haece:

Adelfi I. R. N. 1423, 6310, 5.
Aeliofon 603.
Aepafrodito 6549.
Afrodisia 2936.
Afrodisiae 3758.
Afrodisio 3180.
Afrodisus 6843.
Afrodite 2985.
Anfitheatri I. A. 3287.
Cannofororum I. R. N. 9.
Canoforarum 4945.
Cefaliorum 6829, 10.
Dafnus 7122.
Daf*nus* 6633.
Delfico 5510.
Dendrofor .... 5597.
Dendroforo 5639, ibidem Trophime!
*dend*roforo 6352.
Dendroforum 1360.
Epafrodito 6141.
Epafroditus 609.
Eufemus 3013.
Eufrantus 2678.
Eufrat 2721.
Eufrosine 1766.
Fari. Alexandriae 6841.
Farnace 7082.
Farnace 4702.
Filarg*ir*us 3985: ibid. Diophanti et Tripherina!
Filemae 2934.
Filematin 582.
† Fileto 6714.
Filino 4256.
Filoxeno 3349.
Filumine 6845, ibid. Nicephorianus!
Fisicae 307. 2253.
Foebe 5829.
Lymfa 7146.
Menofilus 7221.
Naofylace 2706.
Naofyl. 2705.
Nauf. 2702, 2703.
Nauf*y*l. 2704, 2707.
Nefito 6692.
Neofito 5469.
Niofite 7170.
Nofitus 6739.
Niceforus 5760.
Numfabus 6768.
Orfit 1459 (adest duplex anni signatio et 134 et 146 p. Chr.).
Orfito 2530 = a. 165 p. Chr.
Orf. 6306, 150 = a. 172 p. Chr. Orphito 5705 eod. a. 172 p. Chr.!

Orfito 314.
Orfitus 6310, 158.*
Pamfi(lus) 748.
Simforo 1197.
Sofanisi 844.
Sofeni 7097, ibid. Sophe!
Sofia 2576.
Stafule 6415.
Stefano 1639, 6394.
† Stefanus 1308, 2086.
Symferusa 679.
Symferusae 7223.
Syntrofe 2964.
Teofila C. I. G. IV, p. 569 n. 9842 = p. Chr. 367.
Telesforiani Telesfor. I. R. N. 1767.
Triumfatoris 2498 = aetat. Valentiniani I.
Trofime 2705.
Trofimian 6310, 62.
Trofimo 7065.
Trofimus 6613, 7140.
Cet.

Quoniam epigraphicorum ratione habita testimoniorum iam inde a medio fere saeculo altero p. Chr. n. constat *f* et *ph* litteras nec scribendo nec enuntiando, id quod non potest non statui, ullo modo discriminatas esse, nil sane fidei tribuendum est Prisciano, qui, quamvis et Capro et Diomede posterior fuerit, tamen I, p. 12 H ita docet, tanquam suo ipsius tempore aliquid differentiae inter *f* et *ph* sonos volgo auditum sit; nam *hoc tamen*, inquit, *scire debemus, quod non fixis labris* (h. e. illud 'πιλουμένοις χείλεσι') *est pronuntianda f, quomodo ph, atque hoc solum interest.* Et p. 19: '*nisi quod ... est aliqua in pronuntiatione eius litterae (f) differentia cum sono ph*'. Quae quoniam potius congruunt cum antiquiore illa *ph* aspiratae pronuntiatione, quae post *p* litteram fixis sive compressis ac deinde patefactis labris prolatam spiritum faciebat insequentem, Priscianus existimandus est non tam sui temporis morem loquendi notavisse quam antiquioris aetatis vel Graecorum, 'quibus in omnia doctrinae auctoribus' utitur, in pronuntianda φ littera consuetudinem supra descriptam significasse. Rectissime igitur Corssenus I, p. 68 [I², 173]. 'Die späteren Grammatiker fühlten den Lautunterschied zwischen Lat. *f* und Griech. φ noch heraus, nachdem sie durch Cicero, Quintilian und ältere Grammatiker darauf hingewiesen waren.' Ad eandem differentiam inter *ph* et *f* olim factam, omissam

* [Latini huius nominis exempla omittenda h. l. erant, v. Corssen. de pronunt. L. L. I², 173.]

postea pertinent quae leguntur apud Probum Appendic. p. 199K.: *strofa non stropa* ... *amfora non ampora.*

CAPVT III.

De *ch* aspiratae sono quamquam testimonium aliquod apertis verbis conceptum in promptu non est: tamen in titulis tam larga materia ad cognoscendam accurateque definiendam huius aspiratae pronuntiationem subiecta est, ut nihil dubitationis relinquatur. Sunt autem ad *ph* aspiratae similitudinem in huius quoque pronuntiatione certae quaedam mutationes distinguendae.

1. Atque antiquissimae quidem aetatis, quae aspirationem respuebat, consentaneum est ψιλὴν omnino fuisse enuntiationem, quam volo repraesentari Ciceronis, Quinctiliani epigraphicisque illis Ritschelii exemplis, quae supra posui.

2. Insequenti deinde tempore etsi consonantium aspiratio in linguam Latinam suscepta erat, tamen *ch* aspirata hunc in modum pronuntiabatur, ut *c* sive *k* tenuis litterae sonus distincte fortiterque exploderetur audireturque. Quod Lachmannus quoque pro singulari sua sagacitate pervidit rectissime, in Commentar. Lucret. ad lib. V, v. 904 p. 317 in transcursu haec adnotans: '*Cimaera* hic uterque codex, *Aceruntis* oblongus in VI, 763, uterque *stomaco* in VI, 1169 ... Graece haec nos hodie scribimus curiosius quam veteres ullo tempora dixerunt.' Re enim vera ita ut dixi pronuntiatum esse, dupliciter confirmatur permultis titulorum scripturis, in quibus exarata est

aut *c* pro *ch* velut:

Aescionis I. R. N. 6769 = 70 p. Chr.
Antiocus 4134, 5708.
Arcitectus 3918.
Arcitecti Rossi, I. Chr. 706 = a. 441.
Arcon Arcosynagogus I. R. N. 3657.
Arcontia et Arcontiae I. Chr. 710 = a. 442.
A]ucenio 671 et 673 = a. 431 vel 408.
Batraca I. R. N. 5044.
Broccus 725 cf. Brocchus 4070.
Callytice 5408.

Mosci I. R. N. 6307, 49.
Nicomacus 5611.
Nicomaci I. Chr. 419 = a. 394.
Nicomaco „ 420 et 421 = a. 394.
Pannicidi I. R. N. 3567.
Pannycus 6769 = p. Chr. 70.
Pascasius I. Chr. 316 = a. 382.
Pascasio „ 442 = a. 397.
Pascasia „ 746 = a. 454.
Pascasius, Pascales, Pascae „ 810 = a. 463.
Pascasius „ 1020 = 'a. 529? vel potius 486;' 1374.
Pasca[*sia* ibid. 1178 = saec. VI.
Pascasi „ 1240.
Polycronia I. R. N. 6722.
Polycronio 6916.

Psycarion 3744.
Psyce 5974.
Scol = scholam 2227 cf. Ante. scolaris C. I. G. III, 6298.*
Scolae I. Chr. 695 = intra a. 342—435.
Scolasticus I. Chr. 741 = a. 448; 869 = a. 478.
† Simmaco I. R. N. 3892 = p. Chr. 522.
† Symmaco 7148 = p. Chr. 330.
Symmaco I. Chr. 392, Summaco „ 395 = a. 391.
Symaco „ 885 = a. 485.
Symmaci „ 977, Symmaco „ 980 = a. 522.
Syntycae I. R. N. 2166.
Terpsicores 4975.
Tice I. A. 791.

aut *ch* pro *c* velut:

Alchae I. R. N. 4881.
Archadio I. Chr. 399 = a. 392.
Calchedonio I. R. N. 159.
Chorinbus 2133; cf. Corymbus 1903.
Chorintus 2559 = p. Chr. 202.
† Dioschoro 2056 = p. Chr. 442.
Dorchae 3838, 4512.
Gluchera 3323.
Harchadi = Arcadi I. Chr. 473 = a. 399.
Nucherinae I. R. N. 2737, 3165.

Nucherini 2412.
In pache (= pace) I. Chr. 589 = a. 408.
Philochalo I. R. N. 3401.
Prochne 701.
Sarchofago C. I. G. III, 6298 ibid. Sarcofagum!
Sepulchrum et Sepulcrum I. Chr. 1122 = a. 578.
Sepulchro Sepulcra Sepulchrorum I. R. N. 2646.
Yachinto 3118.

---

* De aetate huius tituli Buechelerus scribit in praefatione Petroni p. IV: 'titulus sepulcralis (Orellianae collectionis n. 1175) in via Aurelia prope Romam inventus, quem imperante Alexandro Severo ille (Niebuhrius), ego potius Tiberio Caesare vel Claudio factum existimo.'

Quoniam vero complures tituli, ex quibus scripturae supra exhibitae sunt, ad postremam linguae aetatem pertinent, hanc ipsam *c* sive *k* litterae distinctam pronuntiationem semper *ch* aspiratae infuisse manifestum est. Vt *ch* aspirata, quamdiu quidem linguae Latina viguit, non similem quandam experta sit minutionem sive debilitationem, qua supra cognovimus *ph* aspiratam postremo transiisse in simplicem 'spirantis' *f* litterae sonum. Quamquam consimilis debilitationis certa quaedam primordia quodam tempore in linguam Latinam inrepsisse concludendum est. Legentibus enim Quinctiliani verba quae sunt I, 5, 20: *Diu deinde servatum, ne consonantibus aspiraretur, ut in Gracis et triumpis. Erupit brevi tempore nimius usus, ut choronae, chenturiones, praechones adhuc quibusdam inscriptionibus maneant: qua de re Catulli* [LXXXIII: '*chommoda*' vocis adfectatam aspirationem inridentis] *nobile epigramma est:* legentibus igitur nobis haec verba dubium esse nequit, quin periculum quondam fuerit, ne tenuis *c* litterae integra et vis et pronuntiatio in proferenda *ch* aspirata si non plane tolleretur saltem aliquatenus debilitaretur.

CAPVT IV.

Restat, ut de *th* litterae pronuntiatione disseratur, quam cum temporibus non semel mutatam esse infra adparebit.

1. Antiquorum temporum ψίλωσιν aspirationis mori praegressam satis manifestam reddunt exempla illa a Cicerone ipso proposita '*Cetegos*' '*Kartaginem*'.

2. Sed etiam post susceptam aspirationem si non ψιλή, attamen ψιλωτική semper fuisse existimanda est *th* litterae pronuntiatio h. e. *t* littera tenuis in illius aspiratae ἐκφωνήσει acriter personuit. Quod praeter Ciceronianos illos '*Matones*' '*Otones*' et Ritscheliana quae huc spectent exempla monstrat manifestissime duplex epigraphicorum exemplorum genus, in quibus abhibita est

aut *t* pro *th*, velut:

R. N. 7067.
6769 III = p. Chr. 70.
us 2383 g.
6, 3700, 3863, 6229.
4518.
587.
928.
6769 VI *bis* = p.

3013.
Chr. 1163 = a. 468

R. N. 4397.
ianius) 2480.
Chr. 888 et 898 =

id. 977 } = a. 522.
„ 980 }
„ 1122 = a. 578.
. R. N. 3892 = p.
2.
52 = p. Chr. 170.
1302 = p. Chr. 504
2559 = p. Chr. 202.
955.
I. Chr. 159 = a. 363.
36.
310, 233.
. Chr 703 = a. 439.
. R. N. 5322.
5419.

0 cf. Martha 7044.
332 = ante a. 41 p.

926.

Melantae 3779.
Melantus 5566, cf. Melanthus 5742.
Mitrhes 6117.
Parteniae I. Chr. 306 = a. 381.
Pa]nthagate ibid. 425 = a. 395.
Philantropus I. R. N. 7105.
Sciticae 5689.
Scyticae 1314.
Talassa 3707.
Taedosio I. Chr. 664 = a. 430.
Talia *bis* 1572.
Talliae 4514.
Tallusae 5393.
Tebanus 5775, 5983, 7006.
Tehodosio I. Chr. 417 = a. 393.
Teiodosio „ 522 = a. 403.
Teodosio „ 525 = a. 403; 580 = a. 407; 592 = a. 409; 700 = a. 438.
Teudosio 414 = a. 393; 520 = a. 403; 645 = a. 425.
Tiudosio I. R. N. 6275 = aet. Valent. II, Theodos. Arcad.
Teodora I. Chr. 1183.
Teofila C. I. G. IV, p. 569 n. 9842 = p. Chr. 367.
Teopi . . . 4217.
Tiopilae I. A. 877.
Termantie I. R. N. 6789 = Thermantia Stiliconis.
Tespiadi et Tespio 6169.
Titasus (τιθαcόc) 1077.
Trasea 4974.
Tr = Trax 736.

Treptus 6769 V = p. Chr. 70.

Tymelus ibid.

Zetus 3715, 3867, 6692.

aut *th* pro *t* velut:

Abascanthus 6915.

Amiantho (ἀμιάντῳ) 827.

Anatholia I. Chr. 677 = a. 539 (cf. p. 581).

Anthiociano I. R. N. 6909.

Anthioco 5872.

Asthiochae 7073.

Atthin et Attis 4054.

Calithuce 5854.

Ethereio 4675.

Euthicia I. A. 1705.

Euthycia I. R. N. 601, 6491.

Euthyciae 3373.

Euthyceti 5655.

Festhiva I. A. 2853.

Sthiliconi I. Chr. 484 = a. 400.

Sthillicon[e ibid. 553 = a. sive 400 sive 405.

Thelesinae I. R. N. 833.

Thelesinorum 4850.

Thoranius 4297.

3. Vltimo loco de singulari quadam *th* aspiratae pronuntiatione paucula quaedam adicienda sunt. Qui enim sibilus, ut supra memoratum est, in proferenda θ littera apud Lacones Siculosque Dores audiebatur: is ne a plebeiorum provincialiumve, ut videtur, Romanorum ore alienus fuit. Quam ipsam rem breviter nuper significavi in Mus. Rhen. Vol. XVIII, p. 147 [vide supra p. 109], ubi de Notis quae dicuntur Tironis ac Senecae dixi. Quare quidem hoc loco satis habeo ea exempla, quae huius pronuntiationis indicio sunt ex Notis petita, proposuisse:

'Agatho' h. e. *agaso* Grut. p. 59.

'Lithimacus' h. e. *Lysimachus* p. 144.

'Lithimacia' p. 144.

'Othismus' p. 142 cf. 'Ossismos' Plin. nat. hist. 4, 18, 32. 'Osismos' Caes. B. G. II, 34; III, 9; 'Osismi' VII, 75.

'Apollopisius' h. e. *Apollo Pythius* p. 138.

Epigraphicis vero huius ipsius sibili exemplis destitutum me esse confiteor [, cf. tamen SEHVDERICO i. e. *Theoderico*, Murator. p. 412, 4]. ['De consonarum aspiratione apud Romanos' v. Roscheri commentationem in Curtii Stud. II, p. 143 sqq. et p. 425 Vgl. Corssen, Auspr. II², 1002.]

XXXI.

1.

P, *PH* und *F*.*

In C. I. L. t. I n. 602 (u. c. 695), wozu Mommsen bemerkt: 'Ex cod. Vat. 5237 in fine ed. Borghesius apud Avellinum opusc. 2, 295', bot der Urtext neben **AΓRODIS · ΓHI-ΓEMO · ΓHILOGEN · ΓAMΓHIL** und **ΓHARNA***c* gewiss nicht v. 13 **ORFEVS**; denn wie wäre es möglich gewesen, dass ein und derselbe Laut Φ in einer und derselben Inschrift auf drei verschiedene Arten, durch **Γ**, **ΓH** und **F**, also gleichzeitig durch die organisch grundverschiedenen Laute **Γ** und **F** bezeichnet worden wäre? Im Original stand gewiss **OR-ΓEVS**, wofür der Schreiber des Codex **ORFEVS** las. Nähere Nachweisungen über das frühere Nebeneinandor von **Γ** und **ΓH** sowie über das spätere von **ΓH** und **F** ('a medio fere saeculo altero p. Chr. n.', wie ich nach den mir bekannten Beispielen bescheidentlich angenommen habe) finden sich in der Abhandlung 'de aspiratarum Graecarum Latinarumque pronuntiatione' (Düren 1863), p. 11—15 [s. vorh. S. 127]. Ist meine Vermuthung richtig, so wird dadurch dieses einzige Beispiel von 'f pro ph' aus den 'Inscriptiones Latinae antiquissimae ad C. Caesaris mortem' beseitigt.

Düren, August 1864.

Dass **ORFEVS** nur Lesefehler für **ORΓEVS**, war mir nie zweifelhaft, daher ich es in meinem Exemplar des Avellino seit Jahren stillschweigend corrigirt und Mon. epigr. tria S. 27 gar nicht erwähnt habe. F. R.

---

* [Aus dem Rhein. Mus. XIX (1864), 614.]

2.

*Bosphorus, Bosforus.**

Zu den von Fleckeisen, Jahrbb. 1869, S. 656 ff., angeführten Belegen für die Schreibung *Bosphorus* verdient das Zeugniss der Tironischen Noten, Grut. p. 178, 3: *BF(s)* . *Bosforus* (*Busforus* C, G, L 94), hinzugefügt zu werden. Durch das sowohl in dem Schriftbilde als auch in dem Interpretamente enthaltene *F* wird nicht blos auf die dem *F* [sprachgeschichtlich] vorangehende Stufe *PH*, also auf *Bosphorus* hingewiesen, sondern auch dargethan, dass eine Form *Bosforus* im späteren Gebrauche wirklich recipirt war.

Köln.

---

* [Aus dem Rhein. Mus. XXV (1870), 163.]

XXXII.

Προβοςκίς, *προμοςκίς; *promoscis, promuscis, proboscis, promoscida.**

Bei dem Nebeneinanderbestehen von Formen wie ἀμφίςβαινα und ἀμφίςμαινα, ἀμφίςβατα (Hesych.) und ἀμφίςματα (Suid.), ἄβαξ und ἀμάκιον, ἄβυςςος und ἄμυςςος (Hesych.) βάρβιτος und βάρμιτος, κυβερνήτης und κυμερνήτης (Et. M.), *Bellerophontes* und *Melerpanta* (C. I. L. I, 60) erscheint es nicht unglaublich, dass neben προβοςκίς eine Form προμοςκίς existirt habe.** Für die Annahme aber, dass auch im make-donischen Dialekte der Wechsel zwischen β und μ stattgefunden, also auch dort die Form προμοςκίς vorhanden gewesen sei, findet sich eine nicht verwerfliche Stütze in folgender Stelle des Stephanos von Byzanz s. v. Ἀβαντίς: ..... τὸ Ἀβαντία θηλυκόν, ὅπερ κατὰ βαρβαρικὴν τροπὴν τοῦ β̄ εἰς μ̄ Ἀμαντία ἐλέχθη παρὰ Ἀντιγόνῳ ἐν Μακεδονικῇ περιηγήςει· Καλλίμαχος δὲ Ἀμαντίνην, ὡς Λεοντίνην, αὐτὴν ἔφη „καὶ Ἀμαντίνην ᾤκιςαν Ὠρικίην".

Die mundartliche Form προμοςκίς ist es nun wahrscheinlich gewesen, welche, vielleicht schon seit dem tarentinischen Kriege, 280 v. Chr., als die Römer bei dem griechisch-makedonischen Heere des Pyrrhos die Rüssel der 'Lucanischen Ochsen' zuerst zu Gesichte bekamen, in den lateinischen

---

* [Aus dem Rhein. Mus. XXI (1866), 142.]

** Beispiele eines Lautwechsels wie: μολ — βλώςκω (Curtius Gr. Etym. n. 552 und II. S. 115 [ed. 4. p. 526]), μορτός — βροτός (das. n. 255 u. 468), μαρνάμενον — βαρνάμενον, μέλλειν — βέλλειν, μύρμηκας — βύρμηκας (das. II. S. 171 [ed. 4. p. 583]) μυρςίνης — βυρςίνης (Hesych.), μεμβράς (Aristoph.) — βεμβράς (Hesych.) sind gleichfalls geeignet die Berührung von β und μ zu bezeugen.

Sprachschatz übergegangen ist. Denn dass es im Lateinischen eine Form *promoscis* gegeben, die in regelrechter Entwicklung sich auch zu *promuscis* gestaltete, darüber kann nach Massgabe handschriftlicher Ueberlieferung kein Zweifel bestehen.

Plin. Nat. hist. VIII, 7 Jan: proboscidem] promuscidem Kr (et codd. Davis. ad Caes. b. Afr. 84).

De bell. Afr. c. 84: proboscide] promoscide *suprascr. c.*

Flor. I, 13 (18) I.: proboscide] prom$\overset{u}{o}$scide I^{h}N, promuscide Ba 2. manu.

In der Gruterschen Ausgabe der Notae Tironianae p. 174, sowie in der Casseler und Wolfenbütteler Handschrift und im Wolfenbütteler Notenfragment begegnet die Form *promuscit* [Genav. *promiscuit;* Par. 8778 *ꝓmusc̄*] (d. i. *promuscis*). Wichtig ist insbesondere auch der Umstand, dass gleichfalls in dem stenographischen Schriftbilde dieser Note das Element des *M* überall auf das unzweideutigste hervortritt. Vgl. Kopp, Palaeogr. II, S. 603.*

Andererseits erscheint bereits bei Varro auch die Form *proboscis.* Nonius s. v.: *Proboscis Graecum nomen est; dictum, quod ante depascat, et est porrecta corporis pars inhaerens naribus, quae excepto homine in alis animalibus invenitur. Varro Sexagesi* (S. 215 fr. II, bei Riese): *invenisse se, cum dormire coepisset tam glaber quam Socrates, calvum esse factum ericium e pilis albis, cum proboscide.*

Aber dieser unzweideutigen Ableitung von βόσκω steht eine andere Etymologie zur Seite, die, unter Beibehaltung des *m*, *promoscida* an *movere* anlehnt: Isidor, Origg. XII, 2, 14: *Rostrum autem promoscida*** *dicitur, quoniam illo pabulum ori admovet.* Die als lateinischer Nominativ verwendete griechische Accusativform hat bekanntlich in *Ancona, Crotona* u. a. ihre Analogien.

Köln, 18. Nov. 1865.

* Mit offenbarem Unrechte nennt Freund (im Wörterbuch) *promuscis* eine 'verstümmelte Form'.

** promoscida] proboscis *Ar.* proboscida *al.* promoscide *va.* promuscida *al.*

* [Zu den Bemerkungen über *proboscis, promuscis,* die mein Freund Dr. Schmitz neulich gegeben hat — wobei ihm, wie es scheint, für den Augenblick die Noten des Salmasius zu Flor. I, 18,** '*unius proboscide abscissa*', sowie Burmanns zur Anthol. L. V, 144 entgangen waren — füge ich noch folgende Kleinigkeit. — In V. 1 des eben bezeichneten Gedichts hat der Salmasianus *provoscide saebus*, der Vossianus (M. L. V. Q. 86) — der zwei Jahrhunderte jünger, aber weit sorgfältiger geschrieben ist — *promuscide s*, indem der Rest von *saevus* (denn dies ist das allein richtige) fehlt, so dass die Autorität für *proboscide* und *promuscide* ziemlich gleich steht. [*promuscides quasi anguillae* von L. Müller aus einem Leidener Glossarium beigebracht in Fleckeisen's Jahrbb. 1866, S. 397 unter XII.] In dem folgenden Epigramm V. 3 ist gleichfalls aus dem Salmas. notirt *provoscide*, was der Leidensis, eine junge Copie desselben, bestätigt [M. L. V. O. 16]. — Ich hatte in meiner Metrik die Quantität der Ersten in *proboscis*, *promuscis* aus Mangel an Beispielen unberührt gelassen. Jetzt sehe ich aus den eben citirten Piecen, dass *pro* verlängert worden, wenigstens von den Afrikanern der Vandalenzeit. Der Grund liegt ohne Zweifel darin, dass jenes Wort den Römern sehr geläufig war, da die *boves Lucae*, wie sie nach Mittheilung des Marcellinus in seinem Chronicon zu 496 n. Chr. Plautus zuerst genannt hat, bei den Enkeln des hochherzigen Remus, mit Catull zu reden, sich stets grosser Popularität erfreuten. Die gleiche Wirkung ähnlicher Ursachen hat bekanntlich auch in *prologus* und *propola* das erste *o* gedehnt. [Vgl. über 'Austausch zwischen β und μ' Roscher, in Curtius' Studien, III, p. 138, 5 und IV, p. 201.]

Leiden. Lucian Müller.]

* [Rhein. Mus. XXI (1866), 298.]

** (Schon Vinetus hat, wie ich nachträglich sehe, bemerkt: '*Ita ex Graecorum* proboscide, promoscis et promuscis *in plerisque Latinis exemplaribus*'. S. Index der Freinsheim'schen Florusausg. vom J. 1669. W. Sch.)

XXXIII.

*Bonifatius, Bonifacius.**

Während Schuchardt, Vokalismus des Vulgärlat. III, 317 und 352, die I, 155 Anm. aufgestellte Herleitung des obigen Namens aus *Bonifactius zurückgenommen und statt derselben, wie schon vor ihm Pott gethan (Z. f. vgl. Sprachf. VI, 247), den zweiten Bestandtheil auf *fatum* zurückgeführt hat, ist von Corssen, Ausspr. Vok. etc. I, S. 56 und 57 (2. Ausg.) die von Schuchardt verworfene Etymologie festgehalten worden. Aber müsste denn nicht bei einer Herkunft von *facio* der erste Theil des Wortes *bene-* oder *beni-* sein, das Ganze also **ben$\overset{i}{e}$fitius* oder **ben$\overset{i}{e}$fetius* oder ohne Vokalschwächung im zweiten Gliede des Compositums **ben$\overset{i}{e}$fatius* heissen? 'Dass die Christen' zufolge der 'später üblich gewordenen Schreibweise Bonifacius' 'mit diesem Namen einen 'Wohlthäter' meinten', kann doch nichts für die wahre Etymologie des Wortes beweisen, welches 'in allen älteren datierten christlichen Inschriften bei de Rossi bis gegen Ende des sechsten Jahrhunderts nach Christus' die Form *Bonifatius* hat 'und erst nach dieser Zeit' in der Schreibweise *Bonifaicus* auftritt Noch mag beiläufig die Transscription Βονοφατια in einer römischen Inschrift, C. I. G. IV, S. 568, Nr. 9830, angeführt werden. In Ansehung der Bedeutung ist *Bonifatius* bereits von Pott a. a. O. mit Εὐτυχιανόϲ und Εὐτύχηϲ zusammengestellt worden. *R. P. C.*

[Corssen hat a. a. O., II², 1003 die Herleitung des Wortes von *facere* nunmehr ebenfalls verworfen, bestreitet dagegen den

---

* [Aus dem Rhein. Mus. XXIV (1869), 132.]

